# Quaestiones Diodoreae mythographae

Erich Bethe

Digitized by Google

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES



Digitized by Google

PARENTIBUS

OPTIMIS CARISSIMIS

EDUARDO BETHE

MARIAE E GENTE GERSTÄCKER

AC

PRAECEPTORIBUS

SUMME VENERATIS

HERMANNO SAUPPE

UDALRICO

DE WILAMOWITZ-MÖLLENDORFF

SACRUM

Digitized by Google

888
D70
B56

Digitized by Google

# CAPUT I

## DE DIONYSIO SCYTOBRACHIONE

Quicunque Diodori mythographica tractavit, initium cepit ex Dionysio, cuius de Amazonibus (III. 52. 3) et de Baccho (III. 66. 6) scripta se excerpsisse ille ipse fatetur, cuius Argonautica Diodori earundem fabularum narrationi subesse scholia Apolloni Rhodi testantur.

Neque nos hanc viam terere non possumus.

Antequam autem propius ad propositum accedamus, necesse est, accuratius de illo Dionysio quaeramus.

Atque qui primus de Diodori fontibus egit, Christianus G. Heyne Dionysium ut doctum grammaticum collegisse pronuntiavit, »quae a poetis seu antiquis scriptoribus essent narrata, improbo tamen studio in hoc, quod fabulas ad historiarum formam revocare, rerum vere gestarum speciem iis induere mythosque scriptoris pragmatici more tractare instituisset« [1]).

Haec de Dionysio sententia viget et floret usque ad hunc diem [2]). Atque ex ea progressus Eduardus Schwartz in dissertatione, quam scripsit de Dionysio Scytobrachione (Bonnae 1880),

---

[1]) »de fontibus historiae Diodori«, editionis Diodori a Ludovico Dindorf curatae ante librum I p. LXXXIX.

[2]) cf. Sieroka: Die mythographischen Quellen für Diodors 3. u. 4. Buch, Lyck 1878; Carol. Müllenhoff: Deutsche Altertumskunde I p. 445; Udalr. de Wilamowitz: Hermes XV p. 485 n. 2, Homerische Untersuchungen p. 361 etc.

Digitized by Google

quaesivit, num fortasse in frustulis mythographicae doctrinae usque ad nostram aetatem servatae invenirentur, quae ex illius thesauris diligenter coactis manavissent. Nova vero ac sane gravia sibi videtur eruisse: nam non modo omnia paene, quae scholia ad Apollonium, ad Euripidis Medeam, ad Pindari Pythium carmen IV de Argonautarum historia tradunt (p. 2 sq. et 31 sq.), et quae de Baccho vel Bacchis Diodorus a libri III capite 62 usque ad libri IV caput 5 refert (p. 46), atque Siculi libri I non parvas partes (p. 47—56) ad Dionysium retulit, sed etiam audacter contra Fridericum G. Welcker professus, Dionysium Scytobrachionem a cyclographo non esse discernendum (p. 57, 59), statuit p. 59, Mytilenaeum »totam historiam fabularem inde a mundi initio usque ad bellum Trojanum Argivorumque reditus rationibus pragmaticis quam saepissime adhibitis vel fabulis vetustis commemoratis« in cyclo esse complexum, qui propter crebra epicorum testimonia primus »epicus« esset dictus. Atque multi et sagaces viri docta commentatione capti in eius sententiam pedibus iverunt.

Cum autem res non solum ad Diodori fontes cum fructu tractandos recteque distinguendos summi momenti sit, verum etiam ad totam historiam fabularem iudicandam, fas esse puto, quam accuratissime examinare, quae Eduardus Schwartz contendit. Itaque liceat mihi fortasse vel fusius, quam hoc loco aptum videatur, de sententia disserere, quam vir ille doctus de Argonauticis tulit.

Est autem haec: Diodorum in Argonautarum fabula enarranda (IV. c. 40—56) »Dionysio Mytilenaeo usum esse adeo firmis argumentis Fridericum G. Welcker probasse, ut usque ad hunc diem omnes viro incomparabili adsentirentur ac fabulas Argonauticas, quas a ceteris Graecorum fabulis sepositas uno tenore inde a Peliae mandato usque ad Medeae in Asiam reditum Diodorus enarrat, ad unam omnes e Dionysio sumptas esse constaret[3]); cum autem Diodorus ipse dicat, Dionysium veterum poetarum scriptorumque testimonia apponere solitum esse, fabularum discrepantias, quae

[3]) Sane supra ullam dubitationem Fridericus G. Welcker demonstravit, Diodorum Mytilenaeo usum esse Dionysio, non Milesio, sed totam Diodori de Argonautis narrationem ex illo fluxisse neque vir ille doctissimus contendit, et Christianus G. Heyne diserte »Diodorum,« inquit, »in his nonnulla sive de suo sive ex aliis interposuisse non negem« (in Lud. Dindorf Diodori editionis vol. I p. XCIV).

Digitized by Google

raro quidem Dionysi narrationi apud Diodorum insertae sint, ad Scytobrachionem referendas esse.

Haec sunt vasti aedificii, quod Eduardus Schwartz construxit, non ita amplae substructiones. Quae quam solidae sint, iamiam examinemus. Videamus enim, quo iure viri docti Scytobrachionem grammaticum ducant et diligenter eum fabularum varietates collegisse censeant, quas mythorum narrationi suae ineptae, quam vocant iidem, adnecteret.

Qua ratione fabulas enarrandi Dionysius Mytilenaeus usus sit, facete et lepide Fridericus G. Welcker in libro, quem de cyclo epico scripsit I² p. 77 sq., explicavit; sed acu rem tetigisse vir incomparabilis mihi non videtur. Cum autem omnes, qui de Scytobrachione egerunt, aedificaverint quasi in fundamento in hoc Diodori loco (III. 66. 5, 6): ... »*διέξιμεν ἐν κεφαλαίοις τὰ παρὰ τοῖς Λίβυσι λεγόμενα καὶ Διονυσίῳ τῷ συνταξαμένῳ τὰς παλαιὰς μυθοποιίας. οὗτος γὰρ τά τε περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τὰς Ἀμαζόνας, ἔτι δὲ τοὺς Ἀργοναύτας καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον πραχθέντα καὶ πολλ' ἕτερα συντέταχται, παρατιθεὶς τὰ ποιήματα τῶν ἀρχαίων τῶν τε μυθολόγων καὶ τῶν ποιητῶν,*« etiam nos eum primum tractemus, sed ita, ut, antequam ad ipsum accedamus, totam hanc libri III Diodori partem accuratius inspiciamus.

Dionysium igitur Scytobrachionem secutus III. 68—73 Diodorus eas fabulas refert, quas Libyes de Libero tradere affirmat. Quae fabulae ante Alexandri Magni aetatem exoriri non potuerunt. Nam ne afferam, ante illa tempora omnino tam ineptas historias ex graecis et barbaris fabulis consutas et ad communis vitae consuetudinem redactas nullas fuisse, Bacchum non in Indiam migrasse, Liber apud Scytobrachionem filius est Ammonis, sicut Alexander filius Iovis Ammonis putabatur[4]); magnam facit expeditionem in

[4]) Curtius IV 32: »Ac tum quidem regem propius adeuntem maximus natu e sacerdotibus filium appellat, hoc nomen ei parentem Iovem reddere affirmans. Ille se vero et accipere ait et agnoscere, humanae sortis oblitus. Consuluit deinde, an totius orbis imperium fatis sibi destinaret pater? Aeque in adulationem compositus terrarum omnium rectorem fore ostendit« . . . . . Prorsus idem legitur in Diodori l. XVII. c. 51.

Recte de his Dionysi fabulis iudicat Eduardus Meyer in lexico mythologico, quod edit Roscher: p. 288, 291.

Digitized by Google

omnes terras, postquam oraculo ab Ammone patre petito et accepto (c. 73. 3) primum Aegypti res instituit (c. 73. 4), sicut ab Ammone patre proedictum est Alexandro, qui tum rebus Aegyptiis bene institutis expeditionem fecit orbem terrarum expugnaturus[5]); deus captos Titanes venia data interrogat, utrum abire malint, an in suum exercitum recipi (c. 71. 5), sicut victor imperator, qui in mediis hostibus parvum et debilitatum exercitum augere et novas copias vel ex hostibus sibi parare studet; deus ex India, quo pedibus iverat, mari redit (c. 73. 7), sicut Alexander partem quidem exercitus Nearcho duce ex India navibus per mare Erythraeum remisit. Quamquam igitur recentissimas esse has ariolationes luce est clarius, tamen Diodorus III. 66. 4 affirmat, non modo Libyum eas esse fabulas, qui iuxta Oceanum habitent, sed etiam probari multis aliis testimoniis, »*πρὸς δὲ τούτοις ὅτι πολλοὶ τῶν παλαιῶν παρ' Ἕλλησι μυθογράφων καὶ ποιητῶν σύμφωνα τούτοις ἱστοροῦσι καὶ τῶν μεταγενεστέρων συγγραφέων οὐκ ὀλίγοι*«. Atque pergit, sese, ne quidquam de Baccho praetermittat, breviter relaturum esse, quae Libyes narrent et graeci scriptores cum illis consentientes et Dionysius; eum enim de Baccho disseruisse sicut de multis aliis historiae fabularis partibus »*(παρατιθέντα) τὰ ποιήματα τῶν ἀρχαίων τῶν τε μυθολόγων καὶ τῶν ποιητῶν*«. Dubium igitur esse non potest, quin Diodorus ex hoc Scytobrachionis libro didicerit, esse antiquos poetas et mythographos, qui cum Libyum fabulis consentirent, atque necessario concludimus, Dionysium adscriptis veterum illorum testium nominibus narrasse ea quae Libyes de Baccho tradiderunt. At quid? Cognovimus, fabulas illas Libycas de Libero, quas Diodorus se ex Scytobrachione descripsisse ipse testatur, esse recentissimas. Itaque eas comprobari testimoniis *παλαιῶν μυθογράφων καὶ ποιητῶν* quis est qui credat? Quis est quin statim temere mentitum esse Dionysium perspiciat? At abstineamus calumniis! Nam revera Scytobrachio invenit pervetustos Libycarum fabularum testes et omni veneratione dignos. Perlegas enim c. 67, quod statim sequitur. Verba sunt haec: »*Φησὶ* (scil. Dionysius modo laudatus) *τοίνυν παρ' Ἕλλησι πρῶτον εὑρετὴν γενέσθαι Λίνον ῥυθμῶν καὶ μέλους, ἔτι δὲ Κάδμον κομίσαντος ἐκ Φοινίκης τὰ*

[5]) cf. ex. gr. Diodori XVII. 52.

Digitized by Google

καλούμενα γράμματα πρῶτον εἰς τὴν Ἑλληνικὴν μεταθεῖναι διάλεκτον, καὶ τὰς προσηγορίας ἑκάστῳ τάξαι καὶ τοὺς χαρακτῆρας διατυπῶσαι.« Quas litteras ait Pelasgicas nominari, usos iis esse Linum, Orpheum, Pronapidam, Homeri discipulum, Thymoetam, Thymoetae filium, Laomedontis nepotem[6]). Linum autem reliquisse inter alios libros Pelasgicis litteris exaratos etiam de Baccho carmen; praeter eum etiam Thymoetam Orphei aequalem, qui in Libyam profectus Nysae dei facinora ab ipsis incolis compererit, composuisse carmen, quod Phrygium nominetur, »ἀρχαϊκοῖς τῇ τε διαλέκτῳ καὶ τοῖς γράμμασι χρησάμενον«. Atque huius pervetusti carminis argumentum proposuit Scytobrachio, ut diserte Diodorus c. 68 § 1 testatur, qui pergit: »φησὶ δ' οὖν« (sc. Θυμοίτης ἐν τῇ Φρυγίᾳ ὀνομαζομένῃ ποιήσει)[7]).

En tenemus antiquos poetas et mythographos, quos, quoniam numquam vixerunt, cum recentissimis illis »Libycis« fabulis plane consentire optime quivis potuit affirmare. Tales igitur sunt ἀρχαῖοι ποιηταὶ καὶ μυθολόγοι, quorum poemata attulit doctissimus ille Dionysius Scytobrachio! Itaque verus est aemulus Euhemeri eo quod deos sicut homines fingit et omnia mirabilia, quae cecinerant poetae antiqui et pii Graeci religiose putaverant, ad vitae communis rationes detorquet et debilitat, sed etiam non male Hegesianactem[8]) Alexandrinum e Troade, qui librum de bello Trojano sub nomine Cephalonis Gergithi scripsit, Dionysius imitatus est eo quod audacter somniorum suorum digna attulit testimonia antiquitate et raritate venerabilissima. Itaque non doctum se Scytobrachio praebet grammaticum, sed scriptorem historiuncularum, quales inde ab Euhemeri aetate usque ad Dictyn et Darem semper scriptae sunt et libenter lectitatae. Diodorus nimirum ei ad verbum credidit sicut Euhemero, cuius commenta de Panchaea insula (l. V. c. 41—46) fideliter refert[9]). Neque ei soli contigit, ariolationes

[6]) Consulto omisi, quae §§ 2 et 3 capitis 67 l. III leguntur. Censeo enim, has paragraphos a Diodoro esse interpolatas. Vide quod infra c. II de eis disseremus.

[7]) Iam Carolus Müller ita se rem habere cognovit; v. fragm. histor. graec. vol. II. p. 6 sq. notam ****. Sed concludere omisit quod necessario sequitur.

[8]) v. Athenaeum IX. p. 393 d: ὁ δὲ Κεφαλίωνος ἐπιγραφόμενα Τρωικὰ συνθεὶς· Ἡγησιάναξ ὁ Ἀλεξανδρεύς. Hoc uno loco nomen Κεφαλίων scribitur, omnibus aliis Κεφάλων: v. Caroli Müller fragm. hist. graec. vol. III. p. 68 sqq.

[9]) v. Rohde: Der griechische Roman p. 231.

Digitized by Google

putare veram historiam, cum velut Dionysius Halicarnassensis non minus Cephaloni illi Gergithio confisus sit, quam Siculus Thymoetae.

At nonne nisus Suetoni testimonio (de grammaticis VII) mihi obvertes, Dionysium Scytobrachionem fuisse doctum grammaticum Alexandrinum Antoni Gniphonis fortasse praeceptorem [10]), ergo cogitari non posse, eum talia peccasse? Professus sit grammaticam: quid in ea praestiterit, neque testatur quisquam neque ulli fonti potius credamus, quam ipsis eius reliquiis.

Atque quo diutius eas perpendo, eo magis mihi videtur dubium, an non iure habeatur Scytobrachio doctus grammaticus. Nam ex scholio ad *Γ*. 40, quod ex parte in codice *A*, integrum ab uno Eustathio servatum nos docet, secundum Scytobrachionem Helenam Paridi peperisse filium Dardanum, atque ab eo post *Γ*. 40 versum positum esse: »*Μηδέ τι γούνασιν οἷσιν ἐφέσσασθαι φίλον υἱόν*« (cf. I, 455)[11]), suspicari non licet Dionysium docte Homerum tractasse, propterea quod veri est simile, hoc fragmentum ad eius opus respicere, quod Diodorus III. 66. 6 »*τὰ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον πραχθέντα*« dicit, neque iniquum videtur nos censere, hoc opus non alius fuisse generis atque eius librum de Baccho, quocum una Diodorus illud commemorat. Atque si tandem de eo Athenaeum (XII. 515 d, e) inspicimus et legimus haec: . . . »*ὡς ἱστορεῖ Ξάνθος ὁ Λυδὸς ἢ ὁ τὰς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένας ἱστορίας συγγεγραφώς, Διονύσιος ὁ Σκυτοβραχίων, ὡς Ἀρτέμων φησὶν ὁ Κασανδρεὺς ἐν τῷ περὶ ἀναγωγῆς* (Ionsius; *συναγωγῆς* cod.) *βιβλίων*,« admodum dubitari fas est, num iure Udalricus de Wilamowitz [12]) contenderit. Xanthi Lydiaca a Dionysio in usum doctorum esse excerpta. Athenaeus enim, cum Xanthum laudaret, ratus, occasionem se esse

---

[10]) »M. Antonius Gnipho . . . institutusque (Alexandriae quidem, ut aliqui tradunt, in contubernio Dionysi Scytobrachionis; quod equidem non temere crediderim, cum temporum ratio vix congruat).«

[11]) Fr. Aug. Wolf, proleg. ad Homerum p. 194 (in editione Berolinensi 1876 p. 119 not. 64) — Welcker: epische Cyclus I² p. 81.

[12]) v. Homerische Untersuchungen p. 361. Hermannus Lipsius, qui inter alios de Xantho in quaestionibus logographicis (Lipsiae 1885/86) egit, cum Xanthi fragmenta contra Fridericum G. Welcker defenderet, Artemonem errasse sibi videtur persuasisse. Prorsus cum viro illo docto facio in iudicandis Xanthi fragmentis, sed Artemonis notam haud velim abici.

Digitized by Google

nactum doctrinae ostendendae, adnexuit quod apud Artemonem legerat de libris Xantho a Dionysio subditis. Sed pro certo et explorato minime habendum est, Athenaeum de eodem libro dicere, de quo Artemon disseruit. Hoc erat demonstrandum. Nam cogitari certe etiam hoc potest, Scytobrachionem historiunculas Lydias scripsisse (fortasse »τὰ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον πραχθέντα«, quae Diodorus III. 66. 6 inter Dionysi libros enumerat) eadem ratione et consilio usum, quibus in Libycis de Baccho fabulis enarrandis, et testem attulisse Xanthum, sicut in illis Thymoetam, et ita revera falsa subdidisse Xantho. Nam de ipsa re dubitatio esse non potest, cum testetur Artemon Casandreus, qui in ceteris fragmentis se bonum et fidum grammaticum praestat [13]).

Postquam vidimus, Dionysium docti quidquam praestitisse nusquam tradi, sed Diodori verba (III. 66. 5, 6), quibus historiae fabularis testimonia ab eo collecta esse viri docti demonstrari putabant, longe aliter intelligenda esse, num quis etiam nunc Eduardo Schwartz adstipuletur, eundem illum Euhemeri et Hegesianactis aemulum summa fide et formicae diligentia praeclarissimas illas doctrinae copias conrasisse, quas in scholiis Apollonianis inprimis admiramur, praesertim cum ex certis Scytobrachionis fragmentis infra demonstraturi simus, eadem ratione eum usum esse in Argonautarum fabulis referendis, qua in Libycis illis de Libero patre? Sed etiamsi illud gravissimum Eduardi Schwartz argumentum, in quo totum conjecturarum aedificium fundavit, corruit, tamen restat alterum, quo fortasse, qui eius sententias defendat, utatur. Contendit enim, omnia, quae Diodorus libri IV capitibus 40—56 de Argonautis tradit, ex Dionysio manasse. Quam sententiam ut refutemus, necesse est, accuratius illa capita perlustremus. Ex eis igitur fragmentis, quorum auctor diserte Scytobrachio appellatur, progressi videamus, quid illi debeat Diodorus, quid aliis.

Scholiasta ad Apollonium I. 1289 et Apollodorus p. 29 l. 28 (Hercher) testantur, secundum Scytobrachionem Herculem non modo usque ad finem Argonautarum expeditionis sodalem fuisse, sed etiam ducem. Idem refert Diodorus IV. 41 § 3. s. f.

[13]) cf. Carolum Müller fragm. histor. graec. vol. I p. XXI.

Sed plura hoc testimonio usi Dionysio attribuere possumus. Capitis enim 53 § 4 sqq., ubi Argonautarum expeditione usque ad finem enarrata traditur, Herculem persuasisse Argonautis, ut societatem inirent, et in expeditionis memoriam ludos Olympios constituerent, Hercules eorum princeps est, ita ut etiam in huius loci fonte Herculem Argonautarum ducem fuisse suspicemur. Quod admodum probatur verbis § 6 his: »διὰ δὲ τὴν παρὰ τοῖς Ἀργοναύταις γενομένην ἀποδοχὴν αὐτοῦ κατὰ τὴν στρατείαν οὐ μετρίως δοξασθέντος κτλ. Itaque apparet, hanc fabulam, quae nullo alio loco commemoratur, (c. 53 § 4—7) ad Dionysium pertinere. Neque aliter iudicari potest de c. 54 § 6 fine, ubi refertur, Medeam liberis interfectis Corintho Thebas fugisse ad Herculem: »τοῦτον γὰρ μεσίτην γεγονότα τῶν ὁμολογιῶν ἐν Κόλχοις ἐπηγγέλθαι βοηθήσειν αὐτῇ παρασπονδουμένῃ.« Nam e rerum natura est, expeditionis ducem testem esse et custodem societatis, quam sodalis aliquis init. Revera autem apud Dionysium Herculem in Colchis fuisse *μεσίτην τῶν ὁμολογιῶν*, quas Medea cum Iasone pacta est, indicare videtur Apolloni scholiasta ad I. 1289, qui dicit: »Διονύσιος δὲ ὁ Μυτιληναῖος . . . φησὶ . . . τὸν ἥρωα (sc. Herculem) . . . [ἐν] τοῖς περὶ Μήδειαν συμπεπραχέναι τῷ Ἰάσονι.« Ad eundem auctorem nimirum spectat c. 55 § 4. Quod autem c. 46 § 4 non diserte dicitur, Herculem testem fuisse societatis a Medea et Iasone in Colchis initae, non demonstrat, hunc locum a Scytobrachione alienum esse, sed potius neglegenter Diodorus, sicut saepe[14]), excerpsisse existimandus est.

Cum vero Herculem Argonautarum ducem fuisse et magnam ab expeditione gloriam reportasse Scytobrachio finxerit, veri videtur simillimum, ex huius auctoritate Diodorum narrare, Herculem cum Argonautis in Colchos profectum Hesionam liberasse atque inde reversum Troiam oppugnasse, ut perfidum Laomedontem puniret. Et quamquam diserte non traditur, Scytobrachionem ita narrasse, tamen constat quidem scholiasta Apolloni (IV. 1153 = Diodori c. 49 § 1) teste, apud eum Argonautas Aeeta proelio victo (schol. Ap. Rh. IV. 223, 228, Diodor. 48, 4) eadem, qua venerint, via rediisse per Bosporum.

---

[14]) Exempla postea satis multa afferemus.

Sicut scholiasta ad Apollonium III. 200, qui Dionysium laudat, Diodorus c. 45 refert, Aeetam, Solis filium, Colchorum regem ex Hecata, fratris sui filia, fera venatrice et crudeli venefica, quae Perseum patrem, Taurorum regem, venenis interfecisset, filias procreasse Circen et Medeam, quarum Circe venenis parandis ipsam matrem anteisset. Cum Diodori c. 46 § 1 Hecata, Medeae mater, Aeetae coniux appelletur sicut ab uno Dionysio (v. schol. Apollon. Rh. III. 242), etiam hoc ad Scytobrachionem pertinere apparet atque statuendum est, Dionysium narrasse, crudelem Hecatam, quae antea Taurorum regina omnes hospites mactari iussisset (v. Diodor. 45 § 2 cf. 44 § 7 in media narratione, quae certe ex Scytobrachione fluxit) etiam Aeetae persuasisse, ut omnes hospites, qui ad Colchos venirent, necaret; Medeam autem quamvis malarum artium peritam tamen mitem, cum studuisset, ut hospitum vitas servaret, patri suspectam aufugisse in Solis templum ad mare situm, ibique postquam cum Argonautis, qui tum temporis advenissent, communicavisset, hospites a patre trucidari, foedere cum Iasone concluso Argonautas ad aureum vellus duxisse. Quo concesso nemo dubitabit etiam capitis 40 § 4 Dionysio tribuere, ubi exponitur, expeditionem in Colchos ad aureum vellus reportandum propterea imprimis fuisse perdifficilem, quod tum feri barbari circa Pontum habitantes hospites interficere soliti essent. Idem vero ξενοκτονίας apud Colchos mos commemoratur capitis 47 § 5. Narratur enim, Crium, Phrixi paedagogum, diis esse immolatum eiusque pellem templi parieti affixam esse »κατά τι νόμιμον«, quod aliud nihil esse posse elucet nisi lex hospites mactandi. Recte autem nos hunc locum ad Dionysium retulisse probat Apolloni scholiasta, qui apud illum scriptorem Phrixi arietem non arietem fuisse, sed paedagogum »Crium« nominatum (schol. Apollon. Rh. II. 1144, I. 256, IV. 119, 177) testatur. Quod autem Phrixus, quamvis captus hospes, tamen, cum Scytharum rex, Aeetae gener, eum adamaverit, non immolatus est, itidem ad Scytobrachionem pertinere cum appareat, vel c. 45 § 4 initium ex eo manasse sequitur, ubi Circen Scytharum regi in matrimonium datam esse legitur. Necessario autem c. 47 etiam § 6 Dionysio adscribendam esse nemo neget: Aeetes enim, cum ei oraculum datum sit, diem supremum eum esse obiturum Crii pelle ab hospitibus rapto, pellem eius auro obtegi et in

munito templo custodiri iubet. Iam facile cognoscitur, etiam caput 48 ex Scytobrachione esse derivatum, utpote quod arte cum capitis 46 § 5 cohaereat et custodes aureati pellis commemoret. In hoc etiam oraculum Aeetae datum pelle rapta evenisse narratur, cum Aeetes in pugna contra Argonautas commissa, qua Colchos victos esse Scytobrachio Apolloni scholiasta (IV. 223, 228) teste dixit, interficeretur. Certa Dionysi vestigia praebent etiam capitis 50 § 6 et capitis 54 § 5. Hic enim Circe Medeae soror, illic praeterea Hecata eius mater appellatur, sicut Scytobrachio finxerat (v. schol. Apollon. Rh. III. 200 = Diodor c. 45 §§ 1—3). Atque capita 50—52, ubi fuse et ornate explicatur, quomodo Pelias, qui Iasonis parentes et fratrem necaverit, Medeae dolo a suis ipsius filiabus interemptus sit, optime inter se cohaerent, et capitis 54 §§ 1—5 et 7, quippe quae narrent, cur Medea Corintho Thebas fugerit, flagitantur a § 7 fine, quem ex Dionysio manasse supra demonstravimus; itaque etiam haec ad Scytobrachionem referantur necesse est.

Num de Phinidis narrationem (43, 44) Diodorus Scytobrachioni debeat, dubitabit fortasse, qui scholium ad Apollon. Rh. II. 207 p. 400, l. 19—28 ex Dionysio fluxisse sibi persuaserit. Sed qui accuratius scholium perlegerit, cognoscet, fabulam non semel sed bis narrari: Primo enim loco refertur, Phineum interfectum esse ab Hercule, qui ab eius filiis audivisset, patrem eos a noverca Scythica calumniatos eiecisse. Tum inde a verbis: »γεγόνει δὲ τοῦ Φινέως« (l. 23 sqq.) aliter eadem traduntur: senem quemdam Phinei apud Herculem exstitisse accusatorem atque heroem domum Phinidas reduxisse, postquam eos innocentes esse quaestione facta cognovisset; tum vero Phineum, cum alterum filium in mare abicere voluisset, ab eo esse interfectum. Ne autem quis obvertat, eadem primum brevius, tum latius explicari: nam in hac narratione a sene, in illa ab ipsis Phinidis Hercules Phinei scelera comperit. Itaque in scholio illo duas fabulae formas servatas esse statuendum est, quarum secundae (l. 23 sqq.) auctor a scriba per errorem omissus est. Primae autem narrationi Dionysi nomen praescriptum est, neque quisquam neget, eandem a Diodoro descriptam esse[15]).

[15]) Hoc mihi benigne demonstravit Ud. de Wilamowitz praeceptor meus.

Postquam quid fere Dionysio tribuendum sit, certis testimoniis nisi et caute ex iis progressi intelleximus, iamiam elucet, haud aliter de Dionysi libris, quos de Argonautis scripsit, iudicandum esse, atque de Libycis, quas vocat, fabulis Liberi patris. Non enim refert Argonautarum fabulas a populo inventas et carminibus constitutas, quas modo ad communis vitae rationem detraxisse putatur, sed ipse poetae jure usus sive fabulas antiquitus notas immutat sive prorsus novas comminiscitur. Finxit enim e. gr. Dionysius sine dubio — nam nemo praeter eum ita tradidit — Phrixum servatum esse a Scytharum rege, Aeetae genero, qui amore pulchri pueri incensus eum a Colchis tuitus esset, et in Scythiam ab eo ductum regnum accepisse. Atque quis umquam praeter Dionysium narravit, Medeam, quae vix suos ipsius liberos necavisset, Thebas profectam Herculem invenisse inter liberorum cadavera, quos ipse insania perturbatus interemisset?

Melius vero, si accuratius perlustraveris Dionysi Argonauticorum epitomam, quam Diodorus servavit, cognosces, poetam Scytobrachionem etiam in Argonauticis esse voluisse, non mythographum. Nam etiam fabulas iam antea constitutas nonnullis additis aut amplificatis commutat atque novas reddit. Quae dixi, exemplis illustrabo. Dionysius fere ad vulgarem fabulam (v. bibl. II. 5. 9) narravit, quam ob causam Hesiona exposita esset et quomodo Hercules eam monstro marino interfecto liberavisset[16]). Sed Hesiona, quae secundum Apollodorum ab Apolline ad sacrificium destinata est, apud Dionysium sorte inter puellas eligitur. Praeterea iam Otto Sieroka p. 21 animadvertit, Scytobrachionem libere invenisse, Hesionam ipsam praeter equas a Laomedonte Herculi datam esse, postquam ipsa et gratia et timore mota professa esset, se heroem esse secuturam. Ut aliud exemplum proferam, Iasonis mater[17])

[16]) Hyginus fab. 89 non paucas Scytobrachionis lacinias servavit. Ad Scytobrachionem mihi pertinere videntur etiam haec Hygini verba: »cum complures (sc. virgines a ceto) consumptae essent et Hesiones sors exisset et petris religata esset« . . .

[17]) Apollodorus p. 27, l. 7 Iasonis matrem Polymedam nominat. Quod nomen ortum videtur contaminatione nominis Ἀλκιμέδη, quod schol. Apoll. Rh. I. 45 e Pherecyde tradit et in Hygini fab. 13 legitur, et nominis Πολυμήμη, quod idem scholiasta ex Herodoro adnotat.

secundum vulgatam fabulam, quam tradit Apollodorus p. 35 l. 26 sqq., suspendio, ut decet mulierem, vitam finit, Scytobrachio autem dicit, eam »*καταφιγοῦσαν . . . ἐπὶ τὴν ἑστίαν τοῦ βασιλέως καὶ καταρασαμένην παθεῖν αὐτὸν ἄξια τῶν ἀσεβημάτων, ξίφει πατάξασαν ἑαυτῆς τὸ στῆθος ἡρωικῶς καταστρέψαι τὸν βίον*« (Diod. IV. 50. 2). Fabulam de Peliae morte a Dionysio belle exornatam esse etiam in Diodori excerpto facile sentis. Ac vide, quo modo rem egerit. Medeam enim, quae fortasse etiam in Euripidis Peliadibus Dianae sacerdos erat[18]), vetulo ariete in agnum converso Peliae filiabus persuasisse, ut patrem mactarent, iam diu constabat; apud Dionysium praeterea senilem speciem femineis artibus sibi induit et primum se senibus iuventutem reddere posse eo demonstrat quod ipsa iuvenescit. Aliud exemplum exhibet narratio Medeae facinoris in Iasonis liberos commissi. Recte enim Eduardus Schwartz (p. 5—8) observavit, Dionysium presse Euripidis Medeam secutum paucos locos correxisse videri, ut melior aptiorque restitueretur rerum connexus. Ipsum Dionysium ita Euripidis fabulae argumentum flexisse, me non temere puto suspicari, cum revera eum fabulas, quas suo usui adaptaret, mutasse ostenderimus. Nam causarum, quibus vir ille doctus commotus Dionysi narrationem ad Neophronem pertinere censuit, altera haud minore iure pro Dionysio proferri potest, quam pro Neophrone, altera non cogit: nam non Iasonis mors voluntaria, ut Eduardus Schwartz dicit, Neophroni proprium est, sed suspendio Iasonem vitam finivisse a poeta illo *ξενικώτερον* traditum esse scholiasta ad Eur. Med. 1387 adnotat, Diodorus autem »*διὸ* (*τὸν Ἰάσονα*),« inquit, . . . »*ἐκ τοῦ ζῆν ἑαυτὸν μεταστῆσαι*«.

Quae cum ita sint, Dionysium in libris, quos scripsit de Argonautis, duobus non doctam de hoc fabularum gyro commentationem cum notis variorum dedisse apparere puto, sed, utpote quem poetam non grammaticum fuisse ex eius de Baccho opere cognoverimus, historiunculam protulisse, qua delectaret lectores. Cum autem non fabulas referre aut interpretari voluerit, sed exarare id quod nos dicimus »Roman«, cuius argumentum aequalium more ex historia

[18]) v. C. Robert: Archäologische Zeitung 1875; Udalr. de Wilamowitz in Hermae vol. XV p. 485 not. 1 contra Ed. Schwartz, qui Roberti sententiam in dissertatione p. 9 sq. refellere studuerat, eam defendit.

fabulari hausit, atque cum homines, non populi heroes aut mirabilia monstra describere voluerit, non nimis vituperemus, quae Dionysius finxit, ne Crium quidem Phrixi paedagogum.

Sin vero haec concesseris, haud te dubitaturum esse spero, quin Diodorus aliunde intercalaverit in Dionysi excerptum, quae in eo inveniuntur ab eius Argonautarum historia aliena. Quae investigemus et unde fluxerint quaeramus iamiam necesse est.

Inde a capitis 41 § 3 narratio bene continuatur, tum vero interrumpitur verbis his: »*τὴν δὲ ναῦν Ἀργὼ προσαγορευθῆναι κατὰ μέν τινας τῶν μυθογράφων ἀπὸ τοῦ τὸ σκάφος ἀρχιτεκτονήσαντος Ἄργου καὶ συμπλεύσαντος ἕνεκα τοῦ θεραπεύειν ἀεὶ τὰ πονοῦντα μέρη τῆς νεώς, ὡς δ' ἔνιοι λέγουσιν ἀπὸ τῆς περὶ τὸ τάχος ὑπερβολῆς, ὡς ἂν τῶν ἀρχαίων ἀργὸν τὸ ταχὺ προσαγορευόντων.*« Tenemus vero mythographorum, quos affert, partem quidem. Vide enim bibliothecam p. 27, l. 27 sq. et scholium Apollon. Rh. I. 4; utrumque veriloquium legitur apud Hyginum de astron. II. 37. Verba autem, quae exscripsi a Dionysio revera esse aliena concedet, qui legerit (41 § 1), apud illum Iasonem ipsum navem aedificasse. Ne apto quidem loco Diodorus adnotationem illam intercalavit, cum § 2 heroes, quorum nonnulla nomina appellantur, convenire narraverit et statim post verba, quae ipse aliunde addidit, pergat, illos heroes ducem creasse Herculem.

Tum capitis 44 § 4 aperta Diodori interpolatio legitur, quam ipse indicat gestiens docta adnotatione, qualem addidisse sibi videtur. Mythographi hoc loco laudati iidem sunt, quos antea (41 § 3) commemoraverat; nam, quae affert, itidem leguntur in bibliotheca p. 30, l. 14 sq. atque in scholio ad Apollon. II. 178[19]).

| Diodor. 44 § 4. | Apollodori bibl. p. 30, l. 14 sqq. | schol. Apollon. p. 399, l. 8 sqq. |
|---|---|---|
| *οὐκ ἀγνοῶ δὲ διότι τινὲς τῶν μυθογράφων τυφλωθῆναί φασι τοὺς Φινείδας ὑπὸ τοῦ πατρός, καὶ τὸν Φινέα τῆς ὁμοίας τυχεῖν συμφορᾶς ὑπὸ Βορέου.* | *καὶ πηρωθῆναί φασιν αὐτὸν* (sc. *τὸν Φινέα*) ... *οἱ δὲ ὑπὸ Βορέου*[20]*, ὅτι πεισθεὶς τῇ μητρυιᾷ τοὺς ἰδίους ἐτύφλωσε παῖδας.* | *πηρωθῆναι δὲ αὐτὸν* (sc. *τὸν Φινέα*) ... *Σοφοκλῆς δὲ ὅτι τοὺς ἐκ Κλεοπάτρας υἱοὺς ἐτύφλωσε Παρθένιον καὶ Κράμβον, πεισθεὶς διαβολαῖς Ἰδαίας τῆς αὐτῶν μητρυιᾶς.* |

[19]) cf. etiam Hyg. fab. 19.

[20]) verba codicum: *καὶ τῶν Ἀργοναυτῶν* inepta delevi.

De Hercule ab Argonautis relicto infra disseram. Ac postquam Diodorus nonnulla verba de ingenti fabularum varietate fecit, verbis: »*οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς Φινείδας λέγεται τὴν βασιλείαν παραδόντες τῇ μητρὶ Κλεοπάτρᾳ*« κτλ. pergit Dionysi historiunculam referre.

C. 48 § 3 Diodorus diserte non dicit, se aliunde intercalare, sed res aperta est. Nam apud Dionysium a dracone vellus aureum custodiri iam per se vix credibile est et refutatur eo quod in c. 47 § 6, quae certe ex Scytobrachione manavit, custodes et moenia, non autem draco commemoratur. Praeterea verba »*παραπλησίως δὲ τούτοις — κατάβασιν ποιήσασθαι*« (48 § 3) aliena esse a narratione, quae praecedit et sequitur, apparet, cum § 2 iam dictum sit, Argonautas custodibus templi seu interemptis seu fugatis vellus adripuisse et quam celerrime ad navem recurrisse.

Capitis 49 § 7 reperitur c. 32 § 2, quam ex Dionysio non esse sumptam aperte demonstrat eius oratio recta (»*ἔνιοι — παραδεδώκασιν*«), cum paragraphi et quae praecedunt et quae sequuntur oratione obliqua scriptae sint.

Capitis 54 § 6, cuius initium est: »*τινὲς δὲ τῶν συγγραφέων φασί*« κτλ. secundum Euripidem refert, quomodo Medea Creontis filiam et ipsum regem perdiderit. Sed Diodorum hoc non ex ipso poeta sumpsisse, verba demonstrant, quae transscripsi; itaque, cum Apollodorus, quem iam bis cum Diodori »mythographis« consentire vidimus, p. 36, l. 21—23 idem tradat, etiam hoc loco Diodorum eodem fonte usum esse suspicari licet[21]).

Difficilius est, varios Diodori fontes in capite, quod sequitur, 55 distinguere. Statim autem cognoscitur, iam § 1 narrationem perturbari. Postquam enim capitis 54 § 7, quae, cum narratio bene continuetur et eius finem certe ad Dionysium pertinere supra evicerimus, tota Scytobrachioni est attribuenda, Medeam ipsam liberos a se interfectos in Iunonis templo sepelivisse narratum est, hic refertur, Corinthios oraculi iussu Medeae liberorum cadavera

[21]) Etiam bibliothecae loco allato Euripidis Medeae argumentum subesse manifestum est, quamquam neglegenter modo *πέπλον* a Medea Glaucae missum esse narrat, Euripides autem v. 1154 sqq. *πέπλους καὶ στέφανον χρυσοῦν* dicit. Similiter Hyginus in contaminata fabula 25 modo coronam auream commemorat. Recte Diodorus: *δῶρα*.

sepelivisse et coluisse sicut heroes. Itaque bis Medeae liberi sepeliuntur. Cum autem Diodorus hic non dicat, ubi ab altero ad alterum fontem transeat, atque oratio maneat obliqua, conemur, quae a Dionysio aliena sunt, eo cognoscere, quod inquirimus, num fortasse quidquam cum mythographis consentiat, quos iam ter alteri horum Diodori capitum fonti propinquos esse observavimus.

Neque de Iasonis morte (c. 55 § 1 init.) neque de Thessalo Medeae filio servato (55 § 2) in bibliotheca quidquam legitur. Sed p. 36, l. 26 sqq. adnotatur, Medeae infantes, quos Corintho fugiens in Iunonis templo supplices posuerit, a Corinthiis esse interemptos. Cohaeretne fortasse Pythiae oraculum de Medeae liberis Corinthiis editum, de quo apud Diodorum c. 55 § 1 legimus, cum illa caede? Atque revera probatur haec suspicio Pausaniae II. 3. § 6 sq. Narrat enim, Corinthiorum, qui Medeae infantes necaverint, liberos periisse, donec Pythiae iussu illis annua sacrificia instituissent[22]). Itaque et quod in bibliotheca et quod a Diodoro traditur, Pausanias uno tenore refert, ita ut necessario concludendum sit, ex eodem fonte Apollodorum, qui dicitur, fabulae initium, finem Diodorum sumpsisse. Mythographo igitur illi Diodori fonti, quem iam ter repperimus, addicenda sunt etiam verba Diodori inde a: »τοὺς δὲ Κορινθίους« (55 § 1) usque ad »τιμῶν ἡρωικῶν αὐτοὺς ἀξιοῦν.« Quibus verbis demptis Dionysi narratio bene procedit. Non omittam diserte monere, quanta levitate Diodorus fontes confuderit et quam arte coniunxerit fabulam ex mythographis haustam cum Dionysi historiuncula, quae illi est contraria. Addit enim Diodorus ad Dionysi epitomam revertens: »ποιησάντων δὲ τῶν Κορινθίων τὸ προσταχθέν« . . .

Postquam capitis 55 § 3 initio (»οὐκ ἀγνοῶ — μνησθησόμεθα καιροῖς«) Diodorus se postea de aliis Thessalorum nominis veriloquiis relaturum esse dixit, secundùm Dionysium (vide supra) a Medea vesanum Herculem sanatum esse narrat.

Sed inde a § 5 certe mythographos suos Diodorus exscribit, quod iam verba »οἱ μέν φασιν . . . τινὲς δὲ ἱστοροῦσιν« indicant. Nam

---

[22]) Accuratius eadem fabula in scholio ad Euripidis Medeae versum 297 Parmenisco auctore refertur. Cf. Udalr. de Wilamowitz: Hermae vol. XV. p. 485 sqq.

Medeam Athenis ex Aegeo filium peperisse Medum, ut Diodorus 55 § 5 ita Apollodorus p. 37, l. 1 et Hyginus fabulae 26 initio tradunt. Diodorus capitis 56 initio idem repetit et pergit Medeae filiique Medi sortes narrare. Hanc autem fabulam a Dionysio esse alienam non minus manifestum est, cum hoc loco Persus, quem Scytobrachio ab Hecata filia necatum esse narravit (c. 45 § 2 = schol. Apollon. Rh. III. 200), a Medo interficiatur, quam elucet, bibliothecae et Hygini fabulae 27 esse propinquam. Complecti autem Diodorum et quod Apollodorus et quod Hyginus refert, facile perspicitur:

Diodor. IV. 56. 1:

*. . . φασὶν αὐτὴν* (sc. *Μήδειαν*) *. . . εἰς Κόλχους διασωθῆναι. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Αἰήτην ἐκ τῆς βασιλείας ὑπὸ τἀδελφοῦ Πέρσου βιαίως ἐκπεπτωκότα*

*τὴν ἀρχὴν ἀνακτήσασθαι,*

*Μήδου τῆς Μηδείας ἀνελόντος τὸν Πέρσην.*

*μετὰ δὲ ταῦτα δυνάμεως ἐγκρατῆ γενόμενον τὸν Μῆδον*

*πολλὴν ἐπελθεῖν τῆς ὑπὲρ τὸν Πόντον Ἀσίας καὶ κατασχεῖν τὴν ἀπ' ἐκείνου προσαγορευθεῖσαν Μηδίαν.*

bibl. p. 37, l. 5 sqq.:

*Μήδεια δὲ εἰς Κόλχους ἦλθεν ἄγνωστος καὶ καταλαβοῦσα Αἰήτην ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Πέρσου τῆς βασιλείας ἐστερημένον*

*κτείνασα τοῦτον*

*τῷ πατρὶ τὴν βασιλείαν ἀποκατέστησεν.*

Hyg. fab. 27: . . . . Medus re audita Persen interfecit

regnumque avitum possedit.

bibl. p. 37, l. 4 sqq.: *ἀλλ' οὗτος μὲν* (sc. *ὁ Μῆδος*) *πολλῶν κρατήσας βαρβάρων τὴν ὑφ' ἑαυτὸν χώραν ἅπασαν Μηδίαν ἐκάλεσε, καὶ στρατευόμενος ἐπὶ Ἰνδοὺς ἀπέθανε.*

Hyg. 27 s. f. — ex suo nomine terram Mediam cognominavit.

Etiam Medeam Athenis eiectam esse, cum Theseo insidias paravisset (Diodor. 55 § 6), legitur itidem in bibliotheca (p. 37, l. 2). Atque eidem auctori Diodorus debere videtur, quae § 6 et 7 de Medeae in Asiam fuga narrat; quamquam haec in bibliotheca non reperiuntur, tamen similia apud Pausaniam leguntur eo loco, ubi iam supra eodem fonte, quo Diodorus et Apollodorus, eum usum esse vidimus, II. 3. § 8[23]).

[23]) Pausanias varia videtur contaminare.

Denique ne id quidem, quod 55 § 5 de Hippota Creontis filio Medeam accusante Diodorus refert, ab Hygini fonte abhorret, cuius in fabula 27 Medea timet, ne ille ipsam persequatur[24]).

Omnino vero nescio, quid statuendum sit de Diodori verbis his (55 § 4 s. f.): »τοῦ δ' Εὐρυσθέως ἐπικειμένου τοῖς προστάγμασιν, ἀπογνοῦσαν τὴν κατὰ τὸ παρὸν ἐκ τούτου βοήθειαν καταφυγεῖν εἰς Ἀθήνας πρὸς Αἰγέα τὸν Πανδίονος.« Non enim mihi possum persuadere, Scytobrachionem sic narrasse, cum ex tota eius historiunculae ratione et consilio iure mihi suspicari videar, aut Medeam ab Hercule auxilium impetrasse aut a iusto heroe mulierem liberorum suorum sanguine sparsam repudiatam esse, quippe quae iustam quidem ab Iasone ultionem ceperit, sed nimis crudele scelus commiserit. Sin autem illud enuntiatum ad Dionysium non pertinet, non possum non conicere, ab ipso Diodoro id esse fictum, ut ad vulgatas mythographorum fabulas transitum faceret, sicut c. 55 § 2 initio.

Statim aliud exemplum offertur, quo docemur, Diodorum talia saepius et consulto peccasse. Acasto enim Iasonem Iolci regnum tradidisse c. 53 § 1 (cf. c. 55 § 2) narratur, Peliae filio eiusdem, qui cum filiis ex natura orbus esset, timuisse dicitur c. 40 § 3, ne Aeso frater cum Iasone ipsum regno privaret. Res difficilis est diiudicatu, cum nullus trium locorum per se offensionem praebeat. At etiamsi Acasti mentionem a Scytobrachione non abiudicamus, tamen suspecta est: nam videmus, omnino nihil eum efficere, cum 53 § 1 regnum accipiat et 55 § 2 moriatur. Fac autem, Dionysium revera Peliam filiis orbum finxisse (40 § 3): omnia bene explicantur. Hac enim de causa Pelias Iasonem in Colchos mittit (40 § 3), hac de causa Iasonis parentes et fratrem interimit (50 § 1), hac de causa ut sibi iuventus reddatur optat (51 § 4 sq.). Immo poscendum est, a Dionysio Acastum non esse commemoratum. Quomodo enim narrare potuit, Iasonem bene consuluisse Peliae filiabus et eas in matrimonium nobilissimis heroibus edidisse, si dixisset, Acastum non modo earum fratrem esse sed etiam patrium regnum accepisse? Praeterea Acasti mentio prorsus supervacanea

[24]) Eduardus Schwartz de Dionysio Sc. p. 9 ad Carcinum Diodori de Hippota locum respicere putat.

et molesta est c. 55 § 2, ubi celeriter diem supremum obit, ut Thessalus Iasonis et Medeae filius circa decem annos natus (! v. c. 54 § 1) regnum possit suscipere. Itaque statui necessarium videtur, Dionysium sicut Euripidem in Peliadibus[25]) Peliam filiis masculis e natura orbum dixisse, Diodorum autem, ne nimis de vulgata omnibusque nota fabulari historia narrationem suam deflecteret, ipsum addidisse clarissimi Acasti mentionem[26]).

Similiter Diodorus rem egit c. 45 § 4 sq. Ubi narrat, Circen Medeae sororem Scytharum rege marito interfecto ipsam tam crudeliter regnasse, ut a populo expulsa esset; tum vero fugisse et secundum nonnullos mythographos in Oceano insulam domicilium elegisse aut secundum nonnullos historicos in Circaeo Italiae promuntorio habitasse. De variis his sententiis, quas nemo, qui me recte disputasse concedit, ad Dionysium referat, vide quod Eduardus Schwartz p. 11 sq. dixit. Nos vero quaeramus, utrum Diodorus in Circae sorte referenda Scytobrachionem secutus esse censendus sit, nec ne. Ac primum miramur, prorsus idem hoc loco de Circa narrari, quod de Hecata matre 45 § 2, 3 (= schol. Apollon. Rh. III. 200) legimus. Tum vero c. 47 § 5, 6, quae quin ad Dionysium pertineant dubitari nequit (cf. schol. Apollon. Rh. I. 256 etc, et quae supra disseruimus), exhibent, Scytharum regem, Aeetae generum, Phrixum amasse et ei ut filio regnum reliquisse. Itaque multa disputemus non necesse. Diodorus ut Circen in eas regiones transportet, ubi habitasse vulgo credebatur, repetit quod de Hecata secundum Dionysium vix protulerat.

Restat caput 47. Quae initio de Phrixi in Colchos mirabili itinere et de aureo ariete immolato narrantur, et a Dionysi historia (§ 5, 6, cf. schol. Apollon. Rh. I. 256 etc) prorsus abhorrent et referuntur etiam ab Apollodoro (p. 21, l. 3—25) fusius quidem sed

---

[25]) Moses Chorenensis: »masculaeque prolis defectu«, frg. Eurip. p. 163 Nauck.

[26]) Secundum Apollodorum Acastus Iasonem et Medeam eicit (p. 36, l. 14). Eandem fabulae formam Euripidis Medeae versus 9 sq. indicare videntur. Ceterum miro sane casu factum est, ut in Hygini fabula 24, quae non pauca Dionysi frustula cum aliis commiscet, sicut apud Diodorum legatur: . . . »Iason . . . regia est potitus Acastoque Peliae filio fratri Peliadum, quod secum Colchos iverat, regnum paternum tradidit.«

haud aliter[27]). Itaque hoc loco mythographos suos Diodorus secutus est. Sed inde a verbis »διὰ δὴ ταύτας τὰς αἰτίας« Dionysi vestigia deprehenduntur: commemorantur enim velleris custodes Tauri et ξενοκτονία, quae a vulgata fabula aliena Dionysius induxerat (v. c. 48 § 1 et § 4; c. 46 § 1 sqq.). Scytobrachio autem non narravit, Aeetam demum post oraculum sibi de vellere editum omnes hospites mactari iussisse, sed Hecatam iam ante Phrixi Criique adventum marito persuasisse, ut illud iussum daret, et Crium ipsum iam ut hospitem secundum legem mactatum, Phrixum autem solum a Scytharum rege servatum esse. Itaque Diodorus etiam hoc loco varia videtur permiscuisse. Paragrapho autem 3 ipsum historicum satis ineptas taurorum flammas spirantium et draconis ἀύπνου interpretationes fuse proferre puto, Dionysi argutiis usum[28]).

Denique fabulae, quae Phrixum Hellamque iter per aerem in ariete aureo fecisse refert, duas interpretationes addit, quarum utraque in scholio ad Apollon. Rh. I. 256 invenitur, altera ex Dionysi de Argonautis libro secundo petita est. Itaque statuendum est, Diodorum iam usum esse libro et eodem quidem, quo Apolloni scholiasta, qui inter alia etiam Dionysi fragmenta complectebatur. Diodorus autem occasione data demum § 5 et 6 c. 47 refert, quod Scytobrachio de Phrixo et Crio narraverat[29]).

---

[27]) Cf. etiam Hygini fab. 3, qui, ut solet, miro modo aliena admiscet. Diodorus ea, quae c. 47 § 1 de Phrixo narrat, eodem fonte quo Apollodorus usus profert addito quasi signo verbo: »μυθολογοῦσι«. Ita etiam c. 44 § 1 »μυθογράφους« dicit tradere, quae adnotat simillima bibliothecae et Apolloni scholiis. Confer etiam 41 § 3. Eundem auctorem 54 § 6 »συγγραφέα« appellat. Ea autem, quae secundum Dionysium de Argonautis scribit »historiam« dicit: 46 § 1, 48 § 1; cf. 40, 1; 44, 6; 49, 3; 44, 3; 45, 1. Semel modo in Dionysi epitoma verbo utitur »μυθολογοῦσι«: 49 § 6.

[28]) Dionysius fabulas non interpretatus est: v. supra. Ad Draconem cf. c. 26 § 3, quam Agroetae debet (= schol. Apoll. Rh. IV. 1396).

[29]) Diodorus in libro, cui duas illas Phrixi itineris interpretationes debet, non plura invenit, quam schol. Apollon. Rh. I. 256 servavit. Nam Diodori verba »ἔνιοι δέ φασι« (§ 5) non narrationem, quam Diodorus dat, inducunt, sed flagitant alteram mirabilis arietis interpretationem: »Κριὸν Φρίξου τροφέα γενέσθαι καὶ συμπεπλευκέναι αὐτῷ εἰς Κόλχους.«

## Caput II

# DE DIODORI FABULIS BACCHICIS

Postquam qualis homo fuerit Dionysius Scytobrachio cognovimus et, quantum fieri potuit, eruimus, quid de Argonautis narraverit, nemo iam Eduardo Schwartz adstipuletur, Diodori capita inde a libri tertii sexagesimo secundo usque ad quintum quarti ex Dionysio illo fluxisse, qui non solum de Baccho Libyco novas et inauditas fabulas enarraverit, sed copiosa disputatione de Bacchi natura, cultu, rebus gestis, quae alii vel populi vel scriptores aliter de Baccho tradiderant, docte composuerit[30]). Ut autem, quomodo res se habeat, intellegamus, primum certis terminis Scytobrachionis historiarum fines distinguendi sunt.

Fingit Dionysius (III. 67), Thymoetam scripsisse carmen Phrygium nominatum, cuius argumentum se referre dicit, litteris Pelasgicis, quas Linus constituerit. Interrumpitur autem de Pelasgicis litteris commentatio paragraphis secunda et tertia, quibus de Lini discipulis Hercule, Thamyra, Orpheo agitur. Quas itidem ex Scytobrachione fluxisse veri non est simile. Nam rudem Herculem inter praenobilissimos poetas referri non minus nefas est, quam Homeri appingi testimonium, quem omnes manibus terunt, hoc loco, ubi nemo commemoratur, nisi qui Pelasgicis litteris et pervetusta dialectu usus libros reliquit vulgo prorsus ignotos. Praeterea suspicionem movent verba haecce § 4: »περὶ δὲ Ὀρφέως τοῦ τρίτου

[30]) v. Ed. Schwartz: de Dionysio Scytobrachione p. 46.

μαθητοῦ κατὰ μέρος ἀναγράψομεν, ὅταν τὰς πράξεις αὐτοῦ διεξίωμεν« eo magis, cum, quae hic promittuntur, legantur l. IV. c. 25 § 2—4[31]). Tum verba § 4: »τὸν δ' οὖν Λίνον φασὶ τοῖς Πελασγικοῖς γράμμασι« κτλ respiciunt videlicet ad § 1 et demptis paragraphis 2 et 3 bene cum ea cohaerent. Denique temporum ratio interpolationem manifestam reddit[32]). Paragrapho enim secunda Hercules et Orpheus Lini discipuli nominantur; § 5 autem Thymoetas, Laomedontis nepos, Orphei aequalis fuisse dicitur: ergo eum Herculis temporibus vixisse concludendum est. Sed hoc sanus nemo contendere potuit, cum Herculem cum Laomedonte, Thymoetae avo, rem habuisse vulgata esset fabula[33]).

[31]) Iam Petrus Wesseling Diodori III. c. 67 § 4 cum l. IV. c. 25 § 2—4 coniunxit. Otto Sieroka l. l. p. 9 not. dubitat de hac re et eo pervenit, ut coniceret, Diodorum promissi esse oblitum. Recte autem cognovit vir doctus, l. IV. c. 25 § 2—4 ab eis, quae praecedunt et quae sequuntur, alienas esse. Unde Diodorus l. III. c. 67 § 2, 3 et l. IV. c. 25 § 2—4 hauserit, nescio.

[32]) Suppeditavit mihi hoc argumentum benigne Udalricus de Wilamowitz praceptor.

[33]) Similiter res se habet in Diodori libri I. c. 19. Cuius § 2—4 a Diodoro in epitoma — nescio cuius — auctoris, quo in rebus Aegyptiis usus est, interpolatas esse censeo his de causis: primum enim Nilus c. 19 § 2 Aetus nominatur; quod qui excuset, § 4 demum satis stulte Diodorus affirmat, Nilo inter varia nomina etiam Aeti fuisse; deinde Prometheus subito c. 19 § 1 adest, quamquam antea, ut e. gr. Hercules, non commemoratus est; tum Herculem, quem c. 17 § 3 narratum est ab Osiride imperio praefectum relictum esse, apte quidem Busiridem et Antaeum punivisse fingitur, sed minime apte eum Nilum in ripas remisisse refertur, quia ita de Osiridis ipsius gloria detrahitur; denique enim idem diluvium Nili fluvii bis domatur: et ab Hercule et ab Osiride. Quomodo autem Hercules id effecerit, vix intelligitur, quomodo Osiris, dilucide explicatur. Probatur vero mea sententia eo, quod demptis et de Aeto fluvio historia et de Nili variis nominibus commentatione non modo omnes illae difficultates evanescunt, sed etiam salva atque integra et simplex intellectuque facilis evadit narratio haec: (c. 19 § 1) »Τούτων δ' ὄντων περὶ ταῦτα, τὸν Νεῖλόν φασι κατὰ τὴν τοῦ σειρίου ἄστρου ἐπιτολήν, ἐν ᾧ καιρῷ μάλιστα εἴωθε πληροῦσθαι, ῥαγέντα κατακλύσαι πολλὴν τῆς Αἰγύπτου. (§ 5) τὸν δ' οὖν Ὄσιριν παραγενόμενον ἐπὶ τοὺς τῆς Αἰθιοπίας ὅρους τὸν ποταμὸν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν χώμασιν ἀναλαβεῖν« κτλ. — Licet cognoscere, cui auctori Diodorus praeclaram illam de Aeto flumine narrationem debeat. Plane idem enim ex Agroetae Libycorum libro III (sic Keil, ιγ' cod. Laurent.) Theon ad Apollonii Rhodii II. 1248 (cf. schol. Theocrit. VII. 76), qui Herodori fabulae interpretationem sequitur, adscripsit. Revera ab Agroeta Nilum nominatum esse Ἀετόν, propter titulum »Λιβυκά« videtur verisimile. Ceterum Diodorus etiam IV. 26, 3 Agroetae frustulum offert (cf. schol. Apollon. IV. 1396), de quo infra disseremus. Ceterum Eduardus

Tum vero inde a c. 68—71 narratio bene procedit, neque quidquam invenitur, quod aliunde petitum esse suspicari possit. Capitis 73 autem § 3 commemoratis Amazonibus adnotat Diodorus, de hac gente se iam antea egisse. Quae commentatio reperitur l. III. c. 53—55, quam itidem ex Dionysio se describere ipse testatur. Ex eodem autem libro, quo Bacchi fabulae Libycae fluxerunt, eam derivatam esse iam concluserunt viri docti et recte quidem, ut mihi videtur. Nam c. 53 § 4 narratur, Amazones coluisse in Libyae parte (c. 53 § 1) occidentali fertilissimam (§ 5) insulam in Tritonide lacu sitam, in quem Trito fluvius influat. Bacchum autem Nysae, in uberrima insula, quae a Tritone flumine circumdetur, (68 § 5) Amazonibus Libysinque propinquum (71 § 3) educatum esse Scytobrachio refert. Sed animadvertendum est, in capitibus 53—55 non dici, Amazones Minerva duce Bacchi expeditionum participes fuisse; itaque cum, utrum res, quae his capitibus narrantur ante an post Bacchi facinora gesta sint, non perspiciatur, dubium est, quo loco libri de Baccho scripti Scytobrachio eas protulerit. Aliud argumentum praebent c. 66 § 6 verba haec: »οὗτος (sc. ὁ Διονύσιος) γὰρ τά τε περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τὰς Ἀμάζονας, ἔτι δὲ τοὺς Ἀργοναύτας καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον πραχθέντα καὶ πολλ' ἕτερα συντέτακται.« Nam Bacchus et Amazones in hoc Scytobrachionis operum indice ita inter se coniunguntur et ceteris titulis opponuntur, ut in eodem libro et de Baccho et de Amazonibus actum esse probetur.

Cohaerent autem cum Amazonum historia arte Atlantiorum quas dicit fabulae divinae. Nam capitis 54 § 1 de bello, quod Amazones Atlantiis intulerint, disserens Diodorus dicit: »παρ' οἷς δὴ μυθολογεῖσθαί φασι τὴν τῶν θεῶν γένεσιν ὑπάρξαι πρὸς τοῖς κατὰ τὸν Ὠκέανον τόποις, συμφώνως τοῖς παρ' Ἕλλησι μυθολόγοις, περὶ ὧν ὕστερον διέξιμεν.« Itaque Diodorum fabulas quas dicit eodem libro legisse quo Amazonum historiam veri est simile. Atlantiorum autem de diis fabulae, quas inde a. c. 56 libri III profert, prope absunt ab iis deorum genealogiis eaque rerum divinarum doctrina, quas Scytobrachio in libro de Baccho exposuit, vel plane sunt eaedem. Nam,

---

Schwartz de Dion. Sc. p. 50 potissimum Diodori I, 19, 2 usus est, ut rerum Aegyptiarum Diodori magnam partem ex Dionysio repeteret. Corruit igitur hoc argumentum. Atque ipse ab hac coniectura recessit: Mus. Rhen. vol. XL a. 1885.

ut omittam, quod omnibus fabulis commune est, Uranum patrem esse Rheae et Saturni, qui malus et nefarius (61 § 1 = 71 § 2 sqq.) Rheam sororem in matrimonium ducit (c. 61 § 1 = c. 71 § 1) et Iovem procreat (61 § 1 = 72 § 6) pietate et virtute egregium (61 § 4, 5 = 72 § 6), afferam hoc, quod mihi rem conficere videtur. Secundum Atlantios narrat Diodorus III. 61, Iovem primum, Urani filium, regem Cretae insulae decem filios, quos Curetes nominavisset, genuisse ex coniuge Idaea, cuius nomen insulae dedisset. Ex Scytobrachionis autem de Baccho libro historicus III. 71 § 2 refert, Ammonem a Saturno e Libya expulsum in Cretam insulam profectum in matrimonium duxisse Cretam, filiam unius e Curetis et regem factum insulam, cui antea Idaea nomen fuisset, a femina Cretam appellasse. Vides, consentire Atlantiorum, quas vocat, fabulas cum Dionysi de Baccho narratione et ita quidem, ut altera cum altera coniuncta unam efficiat historiam bene inter se comparatam. Itaque non urguenda est discrepantia, quae inter c. 61 § 4 sq. et c. 73 § 7 sq. intercedere videtur. Hic enim legitur, Titanes Ammoni, qui in Creta habitaverit, bellum intulisse, sed victos esse a Iove et Baccho, qui Ammonem adiuverint. Capite 61 autem Saturnum cum Titanibus filium aggressum a Iove fugatum esse narratur, sed neque Ammonis neque Liberi ulla fit mentio. Sed haec discrepantia mihi magis neglegentiam quandam Diodori breviter argumentum complexi indicare videtur quam fontem diversum, praesertim cum e verbis v. 72 § 6 »*τὸν δὲ Κρόνον ὑπουλον ἔχειν τὴν εἴνοιαν*« suspicari liceat, Saturnum data occasione bellum redintegraturum esse.

Quas ob causas et Atlantiorum fabulas et Amazonum historiam in Dionysi de Baccho libro fuisse contendam quasi *παρεκβάσεις*, leviter cum historia ipsa coniunctas. Atque compositionis ratio iamiam apparet. Nam iis, quae Atlantios ut suas fabulas referre Scytobrachio finxit, historia suppletur, quam fuse de Libero eiusque parentibus ipse vel Thymoetas explicavit. Quamquam autem fortasse iam diutius, quam debebamus, de hoc Dionysi libro disseruimus, tamen adnotemus, in hunc librum spectare titulum, quem servavit Suidas s. v. »*Διονύσου καὶ Ἀθηνᾶς στρατιά*«. Nam praeter Bacchum multum etiam de Minerva, velut Diodori l. III. c. 70, traditur, atque fuse describitur monstrum *Αἰγίς*, quod interfecit (§ 4 sq.); inprimis

autem titulum libello aptum esse, quem Diodorus excussit, demonstrant verba c. 71 § 4 haec: »διῃρημένης δὲ τῆς δυνάμεως, καὶ τῶν μὲν ἀνδρῶν στρατηγοῦντος Διονύσου, τῶν δὲ γυναικῶν τὴν ἡγεμονίαν ἐχούσης Ἀθηνᾶς«[34]).

Pauca addenda sunt. Capitis 55 § 8, ubi Samothracam antea Samum nominatam esse nonnullos tradere adnotat, Diodorus ex alio fonte inseruit, quo etiam V. 47 usus est; cuius auctor hanc notam ex Aristotelis libro Σαμοθρᾴκων πολιτεία[35]) inscripto sumpsit. In capitis 56 § 2 Homeri versus Ξ. 200 sq. ab ipso Scytobrachione quasi testimonium esse adpicta mihi non possum persuadere, cum neque Scytobrachionem in suo de Baccho libro Homerum attulisse veri sit simile, neque Iuno omnino in hoc opusculo commemoretur. Atlantiorum autem fabulis occasione usus, quam praebuit Βασίλεια ἡ μεγάλη μήτηρ Urani filia, Hyperionis uxor, a Dionysio (57 § 3) commemorata, Diodorus ex alio fonte capita 58 et 59 de Cybela, inseruisse videtur. Nam quamquam Apollinis et Marsyae certamen, quod c. 59 § 2 sqq. refertur, Nysae Baccho praesente et Nysaeis iudicibus fit, tamen nullo alio vinculo haec capita cum Scytobrachionis vel Thymoetae narrationibus cohaerent. Praeterea cum, quantum Dionysi commenta cognoscere licet, non inveniantur variae de eodem homine sive deo historiae, non hic solus locus aliis causis suspectus admitti potest. Denique historicus se capita illa aliunde inserere ipse fateri videtur c. 58 § 1: »παραδέδοται δὲ τῆς θεοῦ ταύτης καὶ κατὰ τὴν Φρυγίαν γένεσις«, et c. 59 § 8 s. f. »περὶ μὲν οὖν μητρὸς θεῶν τοιαῦτα μυθολογεῖται παρά τε τοῖς Φρυξὶ (sc. c. 58 et 59) καὶ τοῖς Ἀτλαντίοις τοῖς παρὰ τὸν Ὠκεανὸν οἰκοῦσι« (scilicet c. 57 § 3—8).

Capitis 61 § 3 initium ad l. V. c. 64 spectat, quod a Scytobrachione alienum esse apparet.

Capite 73 § 2 historicus adnotat, secundum nonnullos revera Ammonem arietis cornua tulisse ac propterea etiam Bacchum, quippe qui eius fuerit filius: adnotatio, quae nihil ad rem facit et inepte narrationem turbat, talis, qualem et tum et hodie etiam sine auctoribus unus quisque per se facere potest.

---

[34]) Quem locum iam ab Hermanno allatum esse, Godofredus Bernhardy ad Suidae locum adnotat. — Fridericus G. Welcker Διονύσου καὶ Ἀθηνᾶς στρατιάν duo opera esse coniecit (epischer Cyklus I ² p. 77).

[35]) v. schol. Apollon. Rh. I. 917, l. 20 sqq.

Postquam, quae ad Dionysi de Baccho libros pertineant, quaesivimus et breviter ea significavimus, quae Diodorus aliunde intercalavit, denique quaerendus est finis Scytobrachionis historiuncularum. Atque si mittimus Amazones et Atlantiorum fabulas, narratio bene procedit inde a Bacchi incunabulis usque ad dei per totum orbem terrarum expeditionem, Titanum perniciem, imperium mundi iusto pioque Iovi traditum, qui regnat »μηδενὸς ὄντος τοῦ τολμήσαντος δι' ἀσέβειαν ἀμφισβητῆσαι τῆς ἀρχῆς«. Hunc historiae esse finem mihi videtur apertum. Bacchus enim non modo cultum suum et imperium omnes terras pervagatus ubique constituit, sed etiam inimicis ordinis iustitiaeque Titanibus et Saturno devictis novus mundi ordo ac magis beatus a Iove Baccho Minerva conditur et in aeternum servatur.

At contra hanc meam sententiam aperte pugnare videntur Diodori verba c. 74: »τὸν μὲν οὖν πρῶτον Διόνυσον ἐξ Ἄμμωνος καὶ Ἀμαλθείας γενόμενον τοιαύτας οἱ Λίβυες ἱστοροῦσι ἐπιτελέσασθαι πράξεις. τὸν δὲ δεύτερόν φασι« κτλ, quibuscum consentiunt verba c. 67 § 4, ubi Scytobrachionis commenta refert: »τὸν δ' οὖν Λίνον φασὶ τοῖς Πελασγικοῖς γράμμασι συνταξάμενον τὰς τοῦ πρώτου Διονύσου πράξεις« κτλ; immo caput 74, quod de tribus Bacchis agit, sub finem praebet verba: »οἱ μὲν οὖν Λίβυες περὶ Διονύσου τοιαῦτα μυθολογοῦσιν«.

Sed etiam contra haec tanta argumenta sententiam meam defendendam esse censeo atque defendi posse. Nam in iis l. III. capitibus, quae quin e Dionysio Diodorus sumpserit dubitari non potest, praeter c. 67 § 4 nullum vestigium invenitur, ex quo suspicari liceat, Liberum Ammonis et Amaltheae filium, qui hic celebratur, trium fuisse primum. Immo ne potuit quidem agi in Thymoetae carminis argumento, quod se referre dicit Scytobrachio, de alio Baccho atque de Libyco, cum diserte c. 67 § 5 narretur, Thymoetam illas veritates ab ipsis Nysaeis audivisse. Denique num cogitari potest, librum, qui trium Bacchorum vitas et facinora exhibuit, inscriptum fuisse: »Διονύσου καὶ Ἀθηνᾶς στρατιά«, ut Suidas, vel »περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τὰς Ἀμάζονας«, ut Diodorus 66 § 6 (cf. 52 § 4) tradit? Dionysius scripsit de Baccho historiunculam, ut delectaret lectores, sicut Hegesianax et Euhemerus, non disputationem, ut definiret et explicaret illius dei ubique culti varias formas ac potestates. Itaque negandum est, Scytobrachionem tres distinxisse Liberos, et statuendum,

illas Diodori l. III et IV partes, quae de tribus Bacchis agunt, ab hoc scriptore esse alienas. Sunt autem imprimis l. III capita a 62 usque ad 66 § 3, in quibus neque ulla Scytobrachionis mentio fit, neque ullum reperitur verbum illius de Baccho narrationi propinquum. Quibuscum ut admodum quidem coniungeret, quod ex Dionysio excerpsit, duabus rationibus usus est Diodorus. Primum enim capite 66 varias perlustrat de Bacchi patria sententias, ut Nysa commemorata adnectat Libycas, quas dicit, fabulas. Tum vero, qua est audacia, fingit, Liberum Ammonis et Amaltheae filium, quem Thymoetas celebravit, trium fuisse primum. Observamus igitur idem quod supra in Argonauticis, Diodorum summa licentia fabulas inter se prorsus diversas commiscere. Capite 74 denique nescio quo auctore usus secundum Bacchum Aegyptium, tertium Graecum fuisse breviter adnotat[36]).

Sed ne hic quidem finem facit de Baccho disserendi; pergit libro IV. Atque huius libri in capitibus 2—5 multa repeti, quae iam libri III in capitibus 62—66 dicta erant, Eduardus Schwartz observavit[37]). At nos cum eo ex hac observatione concludere veremur, fontem subesse eundem capitibus 62—66 l. III, atque l. IV capitibus 2—5. Qualem enim fuisse putas auctorem, qui iisdem saepe verbis de prorsus diversis rebus egerit? Sunt autem revera de Baccho sententiae, quae in libro IV proferuntur, oppositae eis, quas in libro III explicavit. Nam in libro IV duo Bacchi distinguuntur: filius Iovis et Semelae atque filius Iovis et Proserpinae; in libri III autem capite 63 tres enumerantur: primus Indicus, secundus filius Iovis et Proserpinae aut Cereris, tertius filius Iovis et Semelae. Accedit quod capita illa libri IV tam stulte sunt confusa,ut Diodorum ea continuo ex uno fonte descripsisse credi vix pote sit. Itaque mihi veri videtur simile, eum ipsum illa conglutinasse ex variis laciniis. Quas unde hauserit cum vix sit operae pretium inquirere, pauca modo adnotem. Diodorum multa ex libro III repetivisse iam Eduardus Schwartz observavit. De capitis 2 l. IV § 1—3, quae

---

[36]) Ceterum similiter a Cicerone in l. III de deorum natura plures distinguuntur Bacchi, Hercules, Ioves, alii. Quae ratio inter Ciceronis et Diodori fontes intercedat, nescio.

[37]) Sola l. IV. c. 2 § 5 e Scytobrachionis excerpto repetita est: cf. III. 73. 6. De Dionysio Scytobrachione p. 42 sqq.

ad verbum paene cum l. III. c. 64 § 3—5 consentiunt, infra dicemus. Liber Iovis et Proserpinae filius sicut libri IV. c. 4 § 1, ita etiam ab Hygino fabula 167 appellatur. Atque hoc animadverte, Diodorum, si IV. 4 § 5 adnotat: »*διμήτορα δ' αὐτὸν προσαγορευθῆναι λέγουσι διὰ τὸ πατρὸς μὲν ἑνὸς ὑπάρξαι τοὺς δύο Διονύσους, μητέρων δὲ δυοῖν*« (sc. Proserpinae et Semelae) videlicet hic auctorem sequi, qui unum modo, non duos Liberos agnovit. Reperis idem in Hygini fabula 167: »(Liber) Bimater dictus est, quippe quem et Proserpina et Semela peperint«[38]).

Sed tam graviter sunt Bacchi fabulae apud Diodorum praecipue in quarto libro perturbatae, ut umquam quemquam hanc farraginem in singulas partes accurate distributurum esse equidem desperem. Haec vero pro certo et explorato habeo, Diodorum, qui de Baccho dissereret, ex Dionysio solum Libycas, quas dicit, de deo fabulas (III. 67—73 demptis c. 67 § 2—4 et c. 73 § 2) sumpsisse atque ipsum historicum libri IV. c. 2—5 conflasse variis inspectis fontibus, inter quos fortasse vel Hecataeum Teium fuisse Eduardo Schwartz concedam[39]).

---

[38]) Cf. etiam fabulam de Baccho a Titanibus lacerato, sed miraculo quodam iterum nato apud Hyginum fab. 167 cum Diodori III. 62. 6, qui confuse ex physiologorum sententia scribit.

[39]) v. Mus. Rh. vol. XL. a. 1885. Si admodum recte disputavi, Diodori capita III. 62—66 et IV. 1—5 non meliore iure Hecataeo Teio ab Eduardo Schwartz addicta sunt, quam antea Dionysio.

## CAPUT III

# DE TIMAEO ET MATRIDE

Cum ea, quae Scytobrachioni tribuenda sunt, enucleaverimus, iam ad alterum scriptorem transeamus, quo se in libro IV usum esse Diodorus ipse fatetur: Timaeum. Nominatim ter laudatur in libro quarto: IV. 21, 7 de Gigantomachia in Phlegraeis campis commissa; IV. 22, 6 de freti Siculi, quo loco Hercules Geryonis boves transiecerit, latitudine; IV. 56, 3 de reditu Argonautarum. Inde pedem protulit Otto Sieroka, qui de Diodori librorum III et IV fontibus sagaciter egit[40]), cum recte cognovisset, Diodorum etiam in libro IV scribendo Timaeum ipsum adiisse. Nam Carolus Müllenhoff, qui omnium praeclarissime de Timaeo egit, Diodori librum IV neglexit, quia

[40]) Die mythographischen Quellen für Diodor's drittes und viertes Buch mit besonderer Berücksichtigung des Dionysios Skytobrachion, untersucht von Dr. Otto Sieroka, Gymnasialprogramm von Lyk 1878. Cur Christianus Clasen in dissertatione Jenensi anni 1883 p. 41 sq., quae vir ille doctus eruit, repetiverit novis causis non additis, haud intellego. Atque miror, quod de Timaeo disseruit, Caroli Müllenhoff libro non inspecto. Holzer, qui scripsit: »Matris, ein Beitrag zur Quellenkritik Diodor's, Gymnasialprogramm, Tübingen 1881«, Ottoni Sieroka adsensus est. Nihil in hac quaestione praestitit G. Julius Schneider, qui dissertationem conscripsit de Diodori fontibus (I—IV) Berolini 1880, quamquam ex eo, quod ille sibi effecisse videtur, cum multa et nova Timaei vestigia in Diodori libro IV deprehendisse facile suspiceris. Nam »omnibus,« inquit p. 73, »rebus, quantum in me est, examinatis, videor mihi optimo iure negare librum IV ex diversis fontibus manavisse, exscriptus videtur unus Timaeus.« Cuius sententiae causas, quas dicit, quicumque legerit, mihi ignoscet, qui eas refutare supersedeam.

Christianum G. Heyne secutus, paene totum librum IV ex Dionysio manasse putavit[41]). Statuit Otto Sieroka, ex ipso Timaeo Diodorum sumpsisse libri IV capita 83—85 de Eryce, Daphnide, Orione, capita 29, 30 de Thespiadibus, capita 21—24 de Herculis itinere, quod Geryone victo ex Hispania in Graeciam fecit. Capitis autem 56 § 2—6, ubi Timaeus laudatur, non ex illo ipso historico, sed e Dionysio, cui Argonautica deberet, transscriptas esse censuit[42]). At cuicumque persuasi, Scytobrachionem varias fabulas docte numquam collegisse, cum viro illo docto non faciet, sed pro certo habebit, Diodorum ipsum Timaeum, quem ei in manibus fuisse constat, de Argonautarum reditu consuluisse.

Quod autem ad reditum Herculis ex Hispania attinet, Timaeum auctorem esse et capitis 21 § 6, 7, ubi herois Gigantomachia in Phlegraeis campis commissa narratur, ipse Diodorus dicit, et capitis 22 § 5[43]) Otto Sieroka p. 23 bene demonstravit; atque idem observavit, capitis 23 § 1 et § 4 in Siciliae descriptione (V. 3, 4 et 4, 2) repeti, cuius capita priora ex Timaeo manasse Carolus Müllenhoff citra omnem dubitationem posuit[44]). Pauca addere possum. Herculem ex Hispania cum Geryonis bubus reversum inter Misenum vel Bajas et Dicaearchiam aggere congesto viam effecisse ut Diodorus c. 22 § 2 narrat, ita *δι' αἰνίγματος φράζει* Lycophro, qui de Ulixe Cassandram facit vaticinantem:

»*Βαίου δ' ἀμείψας τοῦ κυβερνήτου τάφον*
*καὶ Κιμμέρων ἔπαυλα κἀχερουσίαν*
*ῥόχθοισι κυμαίνουσαν οἴδματος χύσιν*
*Ὄσσαν τε καὶ λέοντος ἀτραποὺς βοῶν*
*χωστὰς Ὀβριμοῦς τ' ἄλσος*« κτλ.

Timaeum igitur, cum et Diodorum haec capita scribentem ante oculos habuisse Otto Sieroka non sine causis suspicatus sit, et Lycophronem in rebus Italicis saepius adhibuisse scholia

---

[41]) Deutsche Altertumskunde I. p. 440, 442.

[42]) v. Sieroka l. l. p. 9, 19, 23 sq.

[43]) Cf. Holzer p. 19, notam 9.

[44]) Deutsche Altertumskunde I. S. 439—447, Capita 1—4, collatis scholio Ap. Rh. IV. 965, Plutarchi de Timoleonte c. 8, Ciceronis in Verrem libri IV. c. 48, aliis, Timaei esse luculenter probavit, c. 6 ex eodem fonte petitum esse apparet; de capite 5 dubitari potest.

doceant[45]), revera illius fabulae auctorem esse nobis eo magis persuademus. Quod probatur collata descriptione Aorni lacus (22 § 1) cum Pseudo-Aristotelis mirabilium auscultationum c. 102, quod Carolus Müllenhoff l. l. p. 439 Callimachi testimonio apud Antigonum Carystium (c. 152 cf. c. 129) nisus e Timaeo excerptum esse evicit.

Fabula de Eryce Veneris et Butae filio, quam Diodorus c. 23 § 2 inter duo Timaei frustula tradit, videlicet arte cohaeret cum capite 83. Quod demonstratur Servi scholio ad Vergili Aeneidos l. I. v. 570: »Eryx Veneris et Butae filius fuit (= Diodor. c. 22 § 2 = c. 83 § 1), qui occisus ab Hercule (= Diodor. c. 23 § 2) monti ex sepultura sua nomen imposuit; in quo matri fecerat templum« (= Diodor. c. 83 § 1). Erycis vero fabulam ex eodem fonte, ex quo Daphnidis sumpsit, se hausisse Diodorus indicare videtur verbis his: »*περὶ δὲ Δάφνιδος καὶ Ἔρυκος πειρασόμεθα διελθεῖν*« (c. 83 § 1). Cum autem Daphnidis fabulam ex Timaeo fluxisse Otto Sieroka collato capite 84 cum Partheni capite 29 ostenderit, sequitur, ea, quae Diodorus de Eryce et capite 83 et capite 23 narrat, itidem etiam Servi scholium adscribenda esse Timaeo[46]).

Non vero possum narrationes de Herculis et Erycis pugna et de Dorieo Lacedaemonio eidem historico non tribuere. Nam utramque ex uno eodemque fonte manasse ad oculos demonstrant Pausaniae l. III. c. 16 § 4 et 5. Is enim de Dorieo disserens, qui coloniam in Erycinam regionem duxerit, itidem narrat, Herculem cum Geryonis bubus in illam regionem profectum cum Eryce esse

---

[45]) Carolus Müllenhoff: Deutsche Altertumskunde I. p. 433—436 Lycophronem Timaeo in rebus Italicis, non Lyco patre suo usum esse demonstravit.

[46]) Ceterum caput 83 inde a verbis § 2: »*θαυμάσαι δ' ἄν τις εἰκότως*« usque ad § 7 ab ipso Diodoro additum est. Nam neque Timaeus auctor esse potest, cum § 4 Siciliam totam a Romanis subjectam esse dicatur, et oratio recta scriptorem ipsum loqui ostendit. Ceterum revera Romanos diligenter Venerem Erycinam coluisse iam constat inscriptionibus votivis in ipso Eryce monte et aliis locis (velut Syracusis) inventis. Edidit eas Theodorus Mommsen C. I. L. vol. X. 2, c. XVII. p. 746—750. Coniungenda est cum Partheni et Diodori de Daphnide narrationibus et itidem Timaeo attribuenda Aeliani var. hist. X. 18, ubi Stesichorum bucolicam poesin incepisse adnotatur.

Bahnhof, bis er Ende Januar nach Graz, Zürich, wieder zurückkehrte, um dann Ende Februar 1918 nach Graz zu übersiedeln. Dort wurde er Assistent bei Professor Hans Hahn, dem Nachfolger Ernst Machs, und habilitierte sich 1921 für Philosophie der Naturwissenschaften. Er war Mitglied des Wiener Kreises und Herausgeber der Schriften Moritz Schlicks. Als 1938 Schlick ermordet wurde, übernahm Feigl die Herausgabe der Gesammelten Aufsätze Schlicks, die 1938 in Wien erschienen. Feigl emigrierte 1930 in die USA, wo er an der Universität von Iowa, Minnesota, Harvard und Chicago lehrte. Er starb 1988 in Minneapolis. Feigl war mit Hedwig Schlick, der Witwe Moritz Schlicks, befreundet. Sie hatte sich 1936 in Wien mit Feigl verheiratet, um ihm die Ausreise in die USA zu ermöglichen. Feigl hatte sich 1927 von seiner ersten Frau Maria Dub scheiden lassen, die 1938 Selbstmord beging, als sie von den Nazis zur Ausreise gezwungen wurde. Feigl heiratete 1941 Maria Reichenbach, die Witwe des Philosophen Hans Reichenbach.

Feigl hatte sich 1927 in Graz mit Maria Dub verheiratet, die 1938 Selbstmord beging, als sie von den Nazis zur Ausreise gezwungen wurde. Feigl heiratete 1941 Maria Reichenbach, die Witwe des Philosophen Hans Reichenbach.

Feigl hatte sich 1927 in Graz mit Maria Dub verheiratet, die 1938 Selbstmord beging, als sie von den Nazis zur Ausreise gezwungen wurde. Feigl heiratete 1941 Maria Reichenbach, die Witwe des Philosophen Hans Reichenbach.

Posidonio petitum esse iam Christianus G. Heyne cognovit[48]). Eidem etiam caput 19 tribuit Otto Sieroka (p. 24). Sed quamquam concedendum est, Diodorum libri V capitibus 25—32 secundum Posidonium Gallorum terram moresque describere, tamen etiam libri IV caput 19 ad eundem spectare mihi non videtur esse demonstratum, cum in eo nihil illis simile inveniatur, nisi quod Hercules ex Hispania reversus Alesiam condiderit. Maxime vero propterea solum caput 20 Posidonio adscribam, quod ad Herculem omnino non pertinet et, si deesset, certe a nemine hoc loco desideraretur. Itaque unum illud a Diodoro e Posidoni de Ligurum commentatione interpositum esse videtur narrationi Herculis expeditionis e fonte aut fontibus ab Apamensi alienis sumptae[49]). Tum secernendae sunt capitis 18 § 4—7, quas cum proximis non cohaerere iam Holzer p. 17 animadvertit. Diodorus enim occasione data non solum de magnis aggeribus, quibus Hercules mare mediterraneum clauserit, sed etiam de similibus operibus in Penei valle et in Boeotia ab eo confectis disserit. Quae se aliunde interpolare ipse scriptor diserte dicit: »ἡμεῖς δ' ἐπεὶ περὶ τῶν Ἡρακλέους στηλῶν ἐμνήσθημεν οἰκεῖον εἶναι νομίζομεν περὶ αὐτῶν διελθεῖν.« Fontem solum paragraphi septimae demonstrare possum: itidem enim Herculem in Boeotia fluvium, et Cephisum quidem, derivasse, ita ut non amplius in mare influeret, sed in regione Orchomeniorum paludem efficeret, etiam Pausanias IX. 38

---

[48]) v. »de fontibus historiae Diodori« ante Diodori editionem Ludovici Dindorf: tom. I. p. XLIII. Carolus Müllenhoff (Deutsche Altertumskunde I. p. 441) in Diodori l. IV. c. 20 Posidoni ipsa elegantia verba cognoscere sibi videtur. Collato autem Pseudo-Aristotelis mirabilium auscultationum c. 91 idem vir admirabilis statuit hoc: »Sein (des Posidonios) ohne Zweifel litterarisch gebildeter Gastfreund hat ihm also wohl nur eine schon früher (sc. ex Timaeo) bekannte Sache aus seiner Erfahrung bestätigt.« Cf. etiam G. Jul. Schneider l. l. p. 72 et O. Sieroka l. l. p. 24, quorum neuter librum illum doctissimum inspexit.

[49]) Etiam in capite 19 Diodorus ipse addidit § 2 inde a verbis: »οἱ δὲ Κελτοὶ μέχρι τῶνδε τῶν χαιρῶν.« Iam haec verba Diodorum ipsum loqui indicant. Accedit, quod haud multo post C. Julius Caesar commemoratur. Dignae autem sunt tales observationes, quae adnotentur, cum parum memores sint viri docti, Diodorum hominem fuisse quamvis stultum, tamen haud vesanum, et saepius de suo hoc aut illud addidisse neque semper aliorum libros descripsisse.

§ 7 narrat et in tabula Farnesiana[50]) legitur. Sed infra plura de hoc Diodori fonte.

Iam quaeritur, an demptis iis, quae significavi, narratio Herculis decimi laboris exsistat una et bene inter se comparata. Iam Holzerus negavit (p. 17 sq.) animadvertens capitis 24 § 1 s. f. tradi, Herculem Agyrii consecrasse templum heroi Geryoni, in capite autem 17 non de uno dici, sed de tribus fratribus, qui Geryones adpellantur. Itaque caput 17 et capitis 18 § 1—3a Timaeo abiudicavit[51]). Ac quamquam fortasse de Agyrio Diodorus ipse de suo, non Timaeum secutus c. 24 disseruit, tamen ut adstipularer viro docto, duae causae me commoverunt. Primum enim capitis 17 § 3 narratur, Herculem classem in Creta paravisse, ut expeditionem in Hispaniam faceret. Qua in Libyam exercitum transportat (ib.) et utitur, cum fretum Gaditanum transgreditur (c. 18 § 2). Sed inde a capite 19 numquam classis commemoratur. Hercules cum Geryonis bubus per Hispaniam, Galliam, Italiam proficiscitur; fretum Siculum, postquam »*τὰς βοῦς ἐπεραίωσεν εἰς τὴν Σικελίαν*« (c. 22 § 6), ipse una cum tauro pernatat; denique in Graeciam redit, »*ἐγκυκλωθεὶς τὸν Ἀδρίαν καὶ πεζῇ περιελθὼν τὸν προειρημένον κόλπον*« (c. 25 § 1). Itaque adparet, ex altero fonte Diodorum initium illius expeditionis, finem hausisse ex altero. Accedit haec causa: Capitis enim 17 § 4 legitur Libyam ab Hercule Antaeo necato ferisque bestiis aut interfectis aut expulsis floruisse agrorum ubertate ita, ut nulla regio inveniri posset felicior. Cuius Libyae descriptionis Timaeus auctor non est: nam Polybius acriter vituperat Timaeum, quod Libyam desertam, pauperem, infertilem esse contendisset (XII. 3. exc. Vatic.).

Aliena igitur sunt capita 17 et 18 a Timaeo, quem capitibus 21—25 § 1 subesse recte statuit Otto Sieroka. Ad quem vero

---

[50]) p. 69b, 206 sqq. apud Ottonem Jahn: griechische Bilderchroniken: »*[Ἡ]ρακλῆς . . . [Μινυᾶν Ὀρ]χόμενον εἷλε . . . [καὶ τὰν λίμ]ναν ἐπὶ [το]ῦ πεδ[ίου ἔσχησεν] αὐτο[ῖς] ἀπ[οφρ]ά[ξας] ποτα]μόν.*«

[51]) Holzerus p. 17 alteram causam protulit hanc: »von dem Rationalismus bei Timaeus wissen wir nichts.« Puto, nos scire; confer enim quod de Gigantibus Diodorus ipse dicit, se Timaeum secutum narrare (c. 21 § 6), et imprimis quod de rege Tritone ex eodem refert c. 56 § 6. Atque vix invenias illius aetatis auctorem, qui prorsus se ab hac ratione fabulas tractandi abstinuerit: Cf. Ludovicum Preller de Mnasea Patareo: Ausgewählte Aufsätze p. 316.

prima illa decimi Herculis laboris pars referenda sit, equidem frustra eruere studui. Monuerim autem contra Ottonem Sieroka (p. 22) et Holzerum (p. 18 et p. 25), ad hanc quaestionem nihil facere adnotationem (c. 18 § 1) de Hecatompylo Libyco oppido anno 242 a Carthaginiensibus oppugnato, cum veri sit simile, Diodorum eam ipsum addidisse, sicut etiam de Alesiae historia c. 19 § 2 pauca ipse adnotavit.

Neque certi neque novi quidquam de capitibus 29 et 30 proferre possum, ubi de Thespiadibus in Sardiniam missis et de huius insulae historia nonnulla leguntur. Narratio aliena est ab ea, quae in Apollodori, qui dicitur, bibliotheca (p. 53, l. 10 sqq. ed. Hercher) invenitur, ubi Hercules a Thespio non ad sacrificia diesque festos invitatus, sed cum contra Cithaeroneum leonem profectus sit, hospitio receptus esse dicitur, et ubi tres Thespiades (p. 72, l. 20) Thebas missi esse traduntur, non duo. Quod autem haec capita paene ad verbum a Diodoro in libro V repetuntur, non demonstrat, ea e Timaeo manasse, ut Otto Sieroka p. 24 censuit. Sed iam octo annis ante Carolus Müllenhoff, fuse docteque disputans l. l. p. 455—460 Diodori libri V caput 15 a Timaeo alienum esse statuit.

Prorsus nihil novi proferre possum de capitibus 78 et 79, ubi de Daedali operibus in Sicilia confectis, de Cocalo rege, de Minois morte, de Cretensium in hac insula coloniis agitur[52]). Sed nemo faciet cum Ottone Sieroka, qui p. 19 suspicatur, fortasse Diodorum hic Antiocho Syracusano usum esse, cum l. XII. 71 § 2 adnotet, auctorem illum inde a Cocalo rege Siculam historiam scripsisse. Eiusdem enim generis notae inveniuntur per omnes Diodori historiae partes dispersae, quae breviter historicorum operum titulos, initia finesque, numeros librorum indicant: cf. e. gr. II. 32, 4, XIII. 42,

[52]) Incredibile est sed verum, esse usque ad hunc diem, qui Diodorum Siculorum fabulas nimirum ex memoria tradere putent. Ernestus Kuhnert enim de Daedalo in Fleckeiseni annalium vol. supplem. XV anni 1886 p. 186 sqq. verba faciens dicit haec: »nicht eine einzige Bildsäule von ihm nennt hier Diodor; nichts wufsten die Sicilier von den lebendigen Werken, an die bei dem Namen Dädalos der Attiker zuerst und fast allein dachte.« Sed evanescit huius loci gloria prae doctrina, quae paucis verbis post superbe lectorem adridet: »Danach kann kein Zweifel darüber bestehen, dafs (Pherekydes) eine attische Quelle benutzte, möglicherweise bereits einen Atthidographen« (p. 187).

103, XIV. 84, XV. 89. Itaque ut adparet, omnes illas notas ex eodem compendio a Diodoro haustas et suo quamque loco insertam esse, ita nemo non dubitet, quin historicus omnia illa opera ipse legerit et excerpserit.

Caput 80 ipsius esse Diodori iam Christianus G. Heyne l. l. p. XCIV observavit. De matribus autem, quae in Creta Iovem infantem nutrivisse feruntur, parum adcurate scriptor agit, quam ut, ex quo fonte hanc fabulam hauserit, cognoscere liceat. Cf. V. 70 § 2 sq. et Pseudo-Eratosthenis catasterismorum c. II in Caroli Robert editione p. 56/57 [52a]).

Capita 81, 82 de Aristaeo Otto Sieroka p. 19 cum capite 71, ubi Penei genealogia explicatur, cohaerere putat, cum Aristaeus Hypsei, Penei filii, nepos sit. Sed nimis multae fabulae aliunde petitae intercedunt, quam ut sola hac de causa idem fons capitum 81, 82 et 71 ulla probabilitate statui possit. Inveniuntur in prima parte Aristaei fabulae vestigia Pindari (Pyth. IX. 64 sqq.) et § 4 inter varias causas, cur Diana Actaeoni succensuerit, vel ea legitur, quam Euripides protulit Baccharum v. 337 sqq.:

»ὁρᾷς τὸν Ἀκταίωνος ἄθλιον μόρον,
ὃν ὠμόσιτοι σκύλακες ἃς ἐθρέψατο
διεσπάσαντο, κρείσσον' ἐν κυναγίαις
Ἀρτέμιδος εἶναι κομπάσαντ', ἐν ὀργάσιν.«

In altera parte narratur, Aristaeum Apollinis iussu in Ceum insulam profectum pacatis flatibus homines a peste liberasse similiter historiae, quam ex Varronis Atacini »Argonautarum corpore« Probus ad Verg. Georg. I. 14 (p. 28 sq. K.) servavit. Deinde Aristaeum in Sardiniam et in Siciliam venisse Diodorus narrat, atque Sardiniam antea vastam coluisse. Quod compara cum Pseudo-Aristotelis mir. auscult. c. 100, quod Carolus Müllenhoff ad Timaeum pertinere demonstravit: »(Σαρδὼ) . . . εὐδαίμων δὲ καὶ πάμφορος ἔμπροσθεν λέγεται εἶναι. τὸν γὰρ Ἀρισταῖον, ὃν φασι γεωργικώτατον εἶναι ἐπὶ τῶν ἀρχαίων, τοῦτον αὐτῶν ἄρξαι μυθολογοῦσιν, ὑπὸ μεγάλων ὄρνεων ἔμπροσθεν καὶ πολλῶν κατεχομένων.« Itaque audeo conicere, Diodorum etiam Aristaei fabulae partem quidem e

---

[52a]) Matrum cultus Engyium a Cretensibus translati Posidonius mentionem fecit: Plutarch. Marcell. c. 20; quod Georgius Knaack mihi ostendit.

Timaeo descripsisse. Ceterum c. 81 § 5 et c. 82 § 3 ipsum Diodorum addidisse elucet.

Ultimo libri IV capite de Orione refert scriptor Siculum ut videtur auctorem secutus. Neque veri est dissimile, etiam hoc caput ad Timaeum pertinere. Nam Diodorum et, quae antecedunt, fabulas de Eryce et Daphnide ex illius thesauris sibi sumpsisse intelleximus, et, quae libri V initio sequitur, Siciliae descriptionem ex eiusdem historici opere excerptam esse Carolus Müllenhoff luculenter demonstravit. Itaque l. IV caput 85, quod itidem imprimis de rebus Siculis agit, solum ex alio fonte atque e Timaeo manasse non est veri simile. Sed verba, quae § 2 initio leguntur, Diodorum iamiam nonnulla frustula aliunde petita interpolaturum esse, suspicionem movent collatis IV. 18 § 4, 46 § 5 s. f. Ceterum quod § 4 refertur, legitur etiam apud Strabonem p. 258: est Aeschyli sententia. Paragraphos autem 6 et 7 Diodorum e sua doctrina adiecisse puto, cum neque ad res Siculas pertineant et scriptor Homeri versus afferre et vel excerptis inserere soleat: cf. III. 56; IV. 2 § 4 = I. 15 § 78 = III. 66 § 3; IV. 49 § 7 = 32 § 2.

Postquam de Timaeo, quod propositum erat, explicavimus, iam pauca addiderim de Matride rhetore, cuius vestigia ante hos sex annos in Diodori libri IV capitibus 8 sqq. sagaciter detecta et diligenter sunt demonstrata. Holzer enim nisus Athenaei testimonio (X. p. 412 B), quo constat Matridem quemdam exarasse ἐγκώμιον Ἡρακλέους, et Diodori loco (I. 24. 4), ubi dicit, Matridem tradere Herculi primo Ἀλκαῖον fuisse nomen, Ἡρακλέα autem esse adpellatum »ὅτι δι' Ἥραν ἴσχε κλέος«, quae verba redeunt in l. IV. c. 10 § 1, et observatione, libri IV capita 8 sqq. sermonem ostendere rhetoricum et exquisitis antithesis artificiosum, qui abhorreat ab ipsius Diodori consuetudine dicendi, praetendit, narrationem de Herculis laboribus (1—9) et apotheosi Diodorum descripsisse ex encomio Matridis rhetoris, et ita confirmat sententiam, ut equidem contradicere nesciam.

Sed quo tempore vixerit Matris, non eruit. Traditum autem est, eum revera fuisse inter rhetores Asianos[53]). Nam auctor

[53]) De Matride locos benigne mihi praeceptor Ud. de Wilamowitz suppeditavit.

libelli de sublimitate (III. 2. p. 13. l. 3 ed. Otto Jahn) ait: »*τά γε μὴν Ἀμφικράτους τοιαῦτα καὶ Ἡγησίου καὶ Μάτριδος· πολλαχοῦ γὰρ ἐνθουσιᾶν ἑαυτοῖς δοκοῦντες οὐ βακχεύουσιν, ἀλλὰ παίζουσιν.*« Thebanum autem fuisse Matridem recte iam Toupius statuit, Athen. p. 44 D emendans e Ptolemaei Hephaestionis l. III, unde ille hausit. Ac cum paullo ante falsarius ille de hymno quodam in Herculem Thebis canto dixerit et pergat »*περὶ τῶν κατὰ πόλεις τοὺς ὕμνους ποιησάντων*«, probatur aliquo modo id quod per se veri est simillimum, Matridem Thebanum in patria *ἐγκώμιον Ἡρακλέους*, Thebani herois, declamasse. Nam quamquam historiuncula de Matridis nutrimento ipsius Ptolemaei ingenio certe adscribenda est, tamen nomina in dubitationem vocari haud licet. Ceterum Udalricus de Wilamowitz praeceptor monuit, nos facile posse conicere, qua occasione Herculis facinora ab illo rhetore celebrata sint. Atheniensium enim sodalicium archaeologorum in Amphiarai templo ad Oropum sito inter tot praeclara monumenta nonnullos indices nuper detexit eorum, qui victorias in certaminibus omnigenae artis in Amphiarai honorem institutis reportaverunt[54]). In quibus altero aut tertio loco, postquam tubicinum victor et optimus praeco commemorati sunt, legitur: »*. . . ἐνίκων . . . | ἐγκώμιον καταλογάδην | . . . | ἐγκώμιον ἐπικόν | . . .*« Haec encomia Amphiaraum nimirum celebrabant; cum autem hoc certaminum genus ceteris ludis tum temporis non defuisse pro certo habendum sit, veri videtur simillimum, Matridem Thebanis ludis Herculeis encomio illo vicisse, quod miro casu Diodorus servavit.

Tum autem ad eius rationem cognoscendam liceat qualecumque afferre eo quod fabulas, quas profert, cum mythographis comparamus. Ac primum ordo Herculis laborum apud Diodorum

---

[54]) *Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική* 1884, p. 124 sqq. no. 2, 3, 4. *Ῥώμαια* ludos illos, qui una cum Amphiarais commemorantur, ex Sullae voto a. 86 a. Chr. n. facto constitutos esse, Theodorus Mommsen (Hermes XX. p. 270 sqq.) censet, nisus his verbis inscriptionis eodem loco detectae, quam p. 272 descripsit: l. 44 »*τῷ ἱερῷ Ἀμφιαράου χώραν προστίθημι*« . . . l. 48 »*τὰς προσόδους ἁπάσας εἰς τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς θυσίας, ἃς Ὠρώπιοι | συντελοῦσιν θεῷ Ἀμφιαράῳ, ὁμοίως δὲ καὶ ἃς ἂν μετὰ ταῦτα ὑπὲρ τῆς | νίκης καὶ τῆς ἡγεμονίας τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων συντελέσουσιν.*« Sed monet Udalricus de Wilamowitz, corruptelam inesse in verbis: »*ἂν . . . συντελέσουσιν*«, cum futuri indicativo cum *ἄν* Graeci numquam usi sint. — Constat vero, certe post a. 86 a. Chr. n. inter ludos gymnicos et musicos vel *ἐγκωμίοις καταλογάδην* esse certatum.

vel Matridem idem est, qui in hexametris tabulae Farnesianae et ante Sophoclis Trachinias atque usque ad decimum quidem in Hygini fabula 30[55]). Nescio autem, an multum hoc argumentum valeat, quoniam ordo ille fortasse antiquitus constabat. Nam in Sophoclis Trachiniis, v. 1090 sqq. itidem enumerantur proelia contra leonem Nemeaeum, hydram Lernaeam, aprum Erymanthium, atque tum indicantur labor undecimus et duodecimus versibus 1098 sq. et 1100; sed Euripides prorsus alio ordine Herculis facinora primo Herculis fabulae stasimo celebrat.

Singulae vero nonnullae res a Matride eodem modo referuntur, quo in bibliotheca. Velut Pholum Centaurum esse mortuum Herculis sagitta vulneratum, qua ex cadavere Centauri cuiusdam extracta se ipse casu laesisset, apud Diodorum[56]) c. 12 § 8 et in bibliotheca corrupto quidem loco p. 58 l. 1 sqq. legitur. Chironis mortem (12 § 8) Diodorus ipse addere videtur, quia in fonte suo mythographico Chironis mors hac occasione narrata erat, sicut in bibliotheca p. 57, l. 20 sqq. Praeterea apud utrumque Herculi Minerva dat *πέπλον*, Vulcanus loricam, Mercurius gladium, Apollo arcum (Diod. c. 14 § 3 = bibl. p. 54, l. 12—15); verbis autem »*ῥόπαλον μὲν γὰρ αὐτὸς ἔτεμεν ἐκ Νεμέας*« Apollodorus pugnare videtur contra eos, qui sicut Matris etiam illud a Vulcano Herculem accepisse dicebant. Consentit vero primi Herculis laboris narratio,

---

[55]) Mythographi posterioris aetatis Herculis ad inferos descensum ultimo loco tradunt, sive quia hoc facinus omnium maximum putabant, sive Euripidis Herculis argumenti memores. Ceterum in bibliotheca expeditio Herculis in deorum hortos ad Hesperides ultimo loco olim lecta est. Vide enim scholium Θ. 368 (A, B, D)

schol. Θ. 368 (A, B, D):

*Τελεσθέντων Ἡρακλέους ἆθλων ἐν μηνὶ καὶ ἔτεσιν ὀκτώ, μὴ προσδεξάμενος*[1]) *Εὐρυσθεὺς τόν τε τῶν τοῦ Αὐγέου βοσκημάτων*[2]) *καὶ τὸν τῆς Ὕδρας, ἔνδεκατον ἐπέταξεν ἆθλον αὐτῷ, τὸν Κέρβερον ἐξ Ἅιδου κομίζειν.*

bibl. p. 64. l. 6:

*Τελεσθέντων δὲ τῶν ἆθλων ἐν μηνὶ καὶ ἔτεσιν ὀκτώ, μὴ προσδεξάμενος Εὐρυσθεὺς τόν τε τῶν τοῦ Αὐγέου βοσκημάτων καὶ τὸν τῆς Ὕδρας, ἔνδεκατον ἆθλον ἐπέταξεν αὐτῷ παρ' Ἑσπερίδων χρυσᾶ μῆλα κομίζειν ...*

1) *προσδεχόμενος* codd. corr. ex bibl.

2) delevi *ἆθλον*, Apollodorum secutus.

[56]) c. 12 § 7 initio pro *Ἀργεῖος* scribendum videtur nomen *Ἄγριος*, quod Apollodorus p. 57 l. 14 exhibet, fortasse etiam pro *Ἀμφίων Ἄγχιος*. Petrus Wesseling de his emendationibus dubitavit.

quam Diodorus ex Matridis encomio sumpsit, cum Apollodoro. Ipse compares.

| Diodor. IV. 11. 3: | bibl. p. 54 l. 28: |
|---|---|
| *. . . πρῶτον ἔλαβεν ἆθλον ἀποκτεῖναι τὸν ἐν Νεμέᾳ λέοντα. οὗτος δὲ μεγέθει μὲν ὑπερφυὴς ἦν, ἄτρωτος δὲ ὢν σιδήρῳ καὶ χάλκῳ καὶ λίθῳ τῆς κατὰ χεῖρα βιαζομένης προσεδεῖτο ἀνάγκης . . .* | *πρῶτον μὲν οὖν ἐπέταξεν αὐτῷ τοῦ Νεμέου λέοντος τὴν δορὰν κομίζειν. τοῦτο δὲ ζῷον ἦν ἄτρωτον . . .* (cf. Hyg. 30 . . . leonem Nemeaeum atrotum . . . [cod. F: ac tropum, emend. Commelinus] necavit.) |
| *Ὁ δ' Ἡρακλῆς καταντήσας ἐπὶ τὸν τόπον προσέβαλεν αὐτῷ, καὶ τοῦ θηρίου συμφυγόντος εἰς τὴν διώρυχα συνακολουθῶν αὐτῷ καὶ τὸ ἕτερον τῶν στομίων ἐμφράξας συνεπλάκη καὶ τὸν αὐχένα σφίγξας τοῖς βραχίοσιν ἀπέπνιξεν.* | p. 55, l. 5: *. . . καὶ τὸν λέοντα μαστεύσας ἐτόξευσε πρῶτον· ὡς δὲ ἔμαθεν ἄτρωτον ὄντα, ἀνατεινάμενος τὸ ῥόπαλον ἐδίωκε· συμφυγόντος δὲ εἰς ἀμφίστομον σπήλαιον τὴν μὲν ἑτέραν ἀπῳκοδόμησεν εἴσοδον, διὰ δὲ τῆς ἑτέρας ἐπῆλθε τῷ θηρίῳ, καὶ περιθεὶς τὴν χεῖρα τῷ τραχήλῳ κατέσχεν ἄγχων ἕως ἔπνιξεν.* |
| *τὴν δὲ δορὰν αὐτοῖ περιθέμενος . . .*[57]) | Hyg. 30 . . . cuius (sc. leonis Nemeaei) pellem pro tegumento habuit. |

Aliae vero narrationis partes, quam Diodorus e Matridis encomio descripsit, a mythographis alienae sunt, velut proelium, quod Hercules contra Amazones commisit (c. 16)[58]). Itaque certum iudicium de Matridis fontibus proferri nequit. Nam quamquam nonnulli eius encomii loci a mythographis prope absunt, tamen non licet suspicari, Matridem fortasse compendium fabulare adiisse, ut materiem commode sibi compararet, in qua exornanda artem ostenderet. Veri similiter affinitas, quae inter rhetorem et posterioris aetatis mythographos intercedit explicanda est eo, quod et hi et ille eundem auctorem velut Pherecydem secuti sunt.

---

[57]) Cf. Eurip. Herculis v. 362.

[58]) Initium capitis 16 ipse Diodorus interpolavit, ut aliquo vinculo adnecteret epitomam Dionysi Scytobrachionis Argonauticorum, quam c. 40—55 Herculis fabulis addit. Ex eodem consilio c. 32 nonnulla Dionysi frustula interpolavit. Vide quod infra disputabimus.

## CAPUT IV

# DE FABULIS DIODORI LIBRI IV QUAE RESTANT

Otto Sieroka in dissertatione, quam scripsit de Diodori tertii et quarti librorum fontibus, primus observavit, esse vestigia in eius historia fabulari, quae eum fonte secundum generum stemmata fabulas referente usum esse demonstrent. Manifeste autem probavit suam sententiam, libri quarti capitibus 67—85 explicatius digestis. Hoc omnes puto, qui legerint, concedere, quamquam, num singulae genealogiae e consilio inter se coniunctae sint eo modo, quem Otto Sieroka excogitavit, equidem valde dubito.[59])

Eo magis miror, quod nemo adhuc, quotquot Diodori rerum mythographicarum fontes investigare sibi proposuerunt, quaesivit, num illae partes fortasse aliquo propinquitatis vinculo sint coniunctae cum Apollodori bibliotheca, quam ita dispositam esse numquam non patuit, praesertim cum iam Eduardus Schwartz intellexisset, Thebanarum fabularum partem et cum Apollodoro et cum Hygino consentire.[60]) Sin autem Diodori partes, quas Otto Sieroka indicavit, Apollodori bibliothecae propinquae sint, nonne teneamus eiusdem fontis particulam, cuius iam supra vestigia in Diodori Argonauticis, in scholiis Apollonianis, apud Apollodorum deprehendimus?

[59]) Quantis artificiis, ut ordinem ostenderet, opus fuerit, optime intellegis e p. 16 n. (Coronis) et e p. 17 (Harpina).

[60]) de schol. Hom. p. 452—454.

Itaque laetis auspiciis conemur comparandis primum Diodori genealogiis cum Apollodoro mythographicum fontem indagare. Quoniam autem etiam Hyginum, quem saepe plane idem quod Apollodorus referre nemo nescit, cum Diodori illo mythographo saepius consentire vidimus, non dubitabimus etiam illius fabulas vel genealogias in libram conicere.

Compares quaeso Scamandri et Dardani generum Trojanorum stemmata, qualia Diodorus libri IV capite 75 praebet, cum eis, quas in bibliotheca p. 109 l. 19 sqq. legimus. Apud utrumque Teucer, Scamandri et Idaeae nymphae filius, et regnum et Batiam filiam Dardano tradit hospiti, Iovis filio. Quorum progeniem uterque eandem enumerat, nisi id premis, quod in bibliotheca paullo plura inveniuntur. Ut commodius rem perspicias stemma adpingam atque ea nomina, quae omittit Diodorus virgula significabo; alia enim nomina alter non profert atque alter.




Ecce prorsus eandem genealogiam sane neque simplicem neque inter omnes notam et a Diodoro et ab Apollodoro traditam. Distant autem eo, quod ille Tithonum non ab Aurora raptum, sed belli causa in Aethiopiam profectum esse dicit. Sed non est, cur eam ob causam alio fonte de Tithono eum usum esse statuamus; nam vel stultus, si id studet, ut fabulas ad communis vitae rationem detrahat, tale quid per se facillime potest mutare, cum certe neque acumen neque doctrina postuletur. Hoc autem loco mihi veri videtur simillimum, Diodorum ipsum fabulam pervertisse, aemulatum

velut auctorem, quem c. 17 descripsit, praesertim cum ne ei quidem contigerit, ut omnia mirabilia tolleret, quoniam nihilo minus deam Auroram Memnonis uxorem fuisse adnotat.

Capite 74 Diodorus tradit, Tantalum Iovis filium procreasse Pelopem et Niobam. Tantali autem sortem tam breviter Diodorus refert, ut nihil nos doceat, cum non discedat ab exili fabula vulgata (cf. Hyg. 82), nisi eo quod mirabilia exosus Tantali poenas omittit. Et quamquam etiam de Nioba fabulae umbram modo et speciem Diodorus servavit, tamen quanta propinquitas in hac fabula referenda intercedat inter Apollodorum, Hyginum, Diodorum cognosces, si modo recordatus eris, permultas fuisse varias huius fabulae formas, sicut cum alii tum bibliotheca p. 90 l. 9 sqq. et scholium ad Phoenissarum v. 159 testantur.

Diodor. IV. 74, 2.

αὕτη (sc. Νιόβη) δ' ἐγέννησεν υἱοὺς ἑπτὰ καὶ θυγατέρας τὰς ἴσας,[1] εὐπρεπείᾳ διαφερούσας.

ἐπὶ δὲ τῷ πλήθει τῶν τέκνων μέγα φρυαττομένη πλεονάκις ἐκαυχᾶτο καὶ τῆς Λητοῦς ἑαυτὴν εὐτεκνοτέραν[2] ἀπεφαίνετο. εἰθ' ἡ μὲν Λητὼ κατὰ τοὺς μύθους χολωσαμένη προσέταξε τῷ μὲν Ἀπόλλωνι κατατοξεῦσαι τοὺς υἱοὺς τῆς Νιόβης, τῇ δ' Ἀρτέμιδι τὰς θυγατέρας. τούτων δ' ὑπακουσάντων τῇ μητρὶ καὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν κατατοξευσάντων τὰ τέκνα τῆς Νιόβης, συνέβη τὴν προειρημένην ὑφ' ἕνα καιρὸν ὀξέως ἅμα εὔτεκνον καὶ ἄτεκνον γενέσθαι.

bibl. p. 90, l. 9 sqq.

Ἀμφίων δὲ (γαμεῖ) Νιόβην τὴν Ταντάλου, ἣ γεννᾷ παῖδας μὲν ἑπτὰ . . . θυγατέρας δὲ τὰς ἴσας[1] . . .

. . . εὔτεκνος δὲ οὖσα Νιόβη τῆς Λητοῦς εὐτεκνοτέρα εἶπεν[2] ὑπάρχειν. Λητὼ δὲ ἀγανακτήσασα τήν τε Ἄρτεμιν καὶ τὸν Ἀπόλλω κατ' αὐτῶν παρώξυνε, καὶ τὰς μὲν θηλείας ἐπὶ τῆς οἰκίας κατετόξευσεν Ἄρτεμις,[3] τοὺς δὲ ἄρρενας κοινῇ πάντας ἐν Κιθαιρῶνι Ἀπόλλων κυνηγετοῦντας ἀπέκτεινεν[4] . . . αὐτὴ δὲ Νιόβη . . . ἦκεν εἰς Σίπυλον, κἀκεῖ λιὶ εὐξαμένη τὴν μορφὴν εἰς λίθον μετέβαλεν.[5]

Hyg. fab. IX.

. . . Amphion in coniugium Niobam Tantali et Dionis filiam accepit, ex qua procreavit liberos septem totidemque filias.[1]

Quem partum Niobe Latonae anteposuit . . .

Ob id Apollo filios eius in silva venantes sagittis interfecit et Diana filias in regia interemit[3] . . .

At genetrix liberis orba flendo lapidea facta esse dicitur in monte Sipylo[5] . . .

De Pelopis autem sorte capite 73 Diodorus disserit; distat quidem nonnullis nominibus ac rebus ab Hygini fabula 84, sed reperiuntur eadem in Tzetzae ad Lycophronis v. 156 scholio, quod

Ricardo Wagner teste ex Apollodori bibliotheca descriptum est[61]), et in scholio ad Apollon. Rhod. I. 752, quod tam simile illi est, ut ad eandem originem utrumque respicere non possit negari[62]). Ut facilius rem perspicias, locos adscribam. Ipse compares scholia B. 104 (A. D.), ad Pindari Ol. I. 104, Servi ad Vergili Georg. III. 7, quae omnia inter se propinquitatis vinculis sunt coniuncta, sed quorum sua quodque habet peculiaria a ceteris omissa.

| schol. Orest. 990 (C) et Tzetzae schol. Lyc. 156. | schol. Ap. Rh. I. 752. | Diodor. IV. 73. | Hyg. fab. 84. |
|---|---|---|---|
| | *ὁ γὰρ Οἰνόμαος, Ἄρεως ὢν παῖς καὶ Ἁρπίνης τῆς Ἀσωποῦ* | *κατὰ γὰρ τὴν Πελοπόννησον ἐν πόλει Πίσῃ Ἄρης Ἁρπίνῃ τῇ Ἀσωποῦ θυγατρὶ μιγεὶς ἐγέννησεν Οἰνόμαον.* | Oenomaus, Martis et Asteropes (Atlantis) filiae filius, |
| Tzetzes p. 416. *Ἱπποδάμεια ἡ Οἰνομάου θυγάτηρ καὶ Εὐρυθόης τῆς Λαναοῦ θυγατρός,* | *ἐκ τῆς* (ἤτοι L., correxi) *Εὐρυθόης τῆς Λαναοῦ, θυγατέρα ἔχων Ἱπποδάμειαν,* | *οὗτος δὲ θυγατέρα μονογενήσας ὠνόμασεν Ἱπποδάμειαν.* | |

61) Schol. ad Orest. 990 C, quod ad verbum cum Tzetzae scholio cod. Vittenb. 2 consentit, ex hoc Tzetzae codice aut eius archetypo descriptum esse Theodorus Voigt statuit (de Atrei et Thyestae fabula, in dissert. philolog. Hallen. vol. VI. p. II. p. 406 n. 14 et p. 474). Ac sane utrumque scholium ex uno eodemque fonte fluxisse luce est clarius; sed utrum Tzetzes schol. cod. C, an ille Tzetzam descripserit, adhuc dubito, cum verba »ὅθεν τὰ δεινὰ τῆς τραγῳδίας ἔπη«, quae trimetrum Byzantinum efficiunt, in Tzetzae scholio non habeant, ad quod referantur, in illo ad Euripidis versus spectent. Sed res nullius est momenti. — Ceterum mirifice Eduardus Schwartz (de schol. Hom. p. 456) verba schol. Orest. 990 C. (p. 249, l. 11) »*ἐν Λέσβῳ*« interpretatus est. Videlicet enim verba »*ὁ Οἰνόμαος ἐβασίλευσεν ἐν τῇ Λέσβῳ*« coniungenda sunt cum his (p. 250, l. 5) »*ὁ δὲ Πέλοψ . . . λαβὼν Πίσσαν* (*Νήσσαν* C. et Tzetz., emendavit Ed. Schwartz) *τὴν Οἰνομάου βασιλείαν*« . . . Itaque adparet, *ΛΕΣΒΩΙ* nihil esse aliud, ac *Πίσσῃ*, quod in *ΠΙΣΣΗΙ* et *ΝΗΣΣΗΙ* corruptum denique per coniecturam in *Λέσβῳ* mutatum est.

62) Cognovit Eduardus Schwartz: de schol. Hom. p. 454 sq.

| schol. Orest. 990 (C) et Tzetzae schol. Lyc. 156. | schol. Ap. Rh. I. 752. | Diodor. IV. 73. | Hyg. fab. 84. |
|---|---|---|---|
| | | | habuit in coniugio Euareten Acrisii filiam, ex qua procreavit Hippodamiam virginem eximiae formae, |
| | *καὶ χρησμὸν λαβὼν ἀναιρεθῆναι ὑπὸ τοῦ ἰδίου γαμβροῦ οὐκ ἐβούλετο ἐκδοῦναι αὐτήν,* | *χρηστηριαζομένῳ δὲ αὐτῷ περὶ τῆς τελευτῆς ἔχρησεν ὁ θεὸς τότε τελευτήσειν αὐτὸν ὅταν ἡ θυγάτηρ Ἱπποδάμεια συνοικήσῃ.* | quam nulli ideo dabat in coniugium, quod sibi responsum fuit a genero mortem caveret. |
| schol. Orest. 990. C. = Tztz. l. l.: *ἢ καὶ παρὰ τοῦ ἰδίου πατρὸς ἐρωμένη καὶ διὰ τοῦτο μὴ ἐκδιδομένη πρὸς γάμον, καθὼς οἱ ἀκριβέστεροι τῶν ἱστοριογράφων γράφουσιν.* | | | |
| | *εἰ μὴ νικήσαντι δι' ἵππων.* | *... διόπερ πολλῶν μνηστευομένων τὴν κόρην, ἆθλον προετίθει τοῖς βουλεμένοις αὐτὴν γῆμαι τοιοῦτον. ἔδει τὸν μὲν ἡττηθέντα τελευτῆσαι, τὸν δ' ἐπιτυχόντα γαμεῖν τὴν κόρην. ὑπεστήσατο δὲ ἱπποδρομίαν ἀπὸ τῆς Πίσης μέχρι τοῦ κατὰ Κορίνθου Ἰσθμοῦ πρὸς τὸν βωμὸν τοῦ Ποσειδῶνος, τὴν δὲ ἄφεσιν τῶν ἵππων ἐποίησε τοιαύτην. ὁ μὲν Οἰνό-* | Itaque cum complures eam peterent in coniugium, simultatem constituit, se ei daturum, qui secum quadrigis certasset victorque exisset (quod is equos Aquilone velociores habuit), victus autem interficeretur. |
| *... ἐδίδου γάρ Οἰνόμαος τοῖς μνηστῆρσι τὴν Ἱπποδάμειαν ἐπὶ τῶν οἰκείων ἔχειν ἁρμάτων, θεὶς πέρας* (sc. Tztz. *πέλας* C.) *τοῦ δρόμου [ἔπαθλον γάμου* (Tzetza et C., delenda)*] τὸν Κορίνθιον Ἰσθμὸν, εἰ δυνηθεῖεν ἀφικέσθαι μέχρι τούτου.* | *προέκειτο δὲ αὐτοῖς Κλάδεως ποταμὸς ἀφετηρία, Ἰσθμοῖ δὲ τὸ τέρμα.* | | |

| schol. Orest. 990 (C) et Tzetzae schol. Lyc. 156. | schol. Ap. Rh. I. 752. | Diodor. IV. 73. | Hyg. fab. 84. |
|---|---|---|---|
| | | *μαος ἔθυε κριὸν τῷ Διί, ὁ δὲ μνηστευόμενος ἐξώρμα τέθριππον ἐλαύνων ἅρμα· ἀγνισθέντων δὲ τῶν ἱερῶν, τότε ἄρχεσθαι τοῦ δρόμου τὸν Οἰνόμαον καὶ διώκειν τὸν μνηστῆρα, ἔχοντα δόρυ καὶ ἡνίοχον τὸν Μυρτίλον. εἰ δ' ἐφίκοιτο καταλαβεῖν τὸ διωκόμενον ἅρμα, τύπτειν τῷ δόρατι καὶ διαφθείρειν τὸν μνηστῆρα.* | |
| *αὐτὸς δὲ ὄπισθεν ἐλαύνων μετὰ δόρατος καὶ καταλαμβάνων αὐτοὺς ἀνῄρει* (Tztz. *ἀνῃρεῖτο* C.). | | | |
| *. . . μετὰ τὴν τῶν δώδεκα νυμφίων ἀναίρεσιν . . .* | *καὶ ἀνεῖλεν τρεῖς καὶ δέκα μνηστῆρας, ὡς Πίνδαρος* (Ol. I 79) *ἱστορεῖ.* | *τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ τοὺς ἀεὶ μνηστευομένους καταλαμβάνων διὰ τὴν ὀξύτητα τῶν ἵππων πολλοὺς ἀνῄρει.* | multis interfectis, |
| *αὕτη τὸν Πέλοπα ἰδοῦσα ὡραῖον... ἔρωτα τούτου κατείχετο καὶ* (Tztz. *ἣ* C.) *τῷ Μυρτίλῳ φησὶ συνεργῆσαι τῷ νεανίᾳ εἰς τὴν κατὰ τοῦ πατρὸς νίκην.* | *ἐλθόντος δὲ τοῦ Πέλοπος ἐπὶ τὸν ἆθλον μετὰ ἵππων δεδομένων αὐτῷ ὑπὸ Ποσειδῶνος, ἐρασθεῖσα ἡ Ἱπποδάμεια ἔπεισεν Μυρτίλον, τὸν Ἑρμοῦ μὲν παῖδα, ἁρματοπηγὸν δὲ καὶ ἡνίοχον Οἰνομάου, παρασκευάσαι* [*ὡς* (om. L.)], *κατατροχίσαι τὸν πατέρα, βουλομένη Πέλοπι γήμασθαι . . .* | *Πέλοψ ὁ Ταντάλου καταντήσας εἰς Πῖσαν καὶ θεασάμενος τὴν Ἱπποδάμειαν, ἐπεθύμησε τοῦ γάμου.* | novissime Pelops Tantali filius cum venisset et capita humana super valvas fixa vidisset eorum, qui Hippodamiam in uxorem petierant, paenitere eum coepit regis crudelitatem timens. |

| schol. Orest. 990 (C) et Tzetzae schol. Lyc. 156. | schol. Ap. Rh. I. 752. | Diodor. IV. 73. | Hyg. fab. 84. |
|---|---|---|---|
| | | φθείρας δὲ τὸν ἡνίοχον τοῦ Οἰνομάου Μυρτίλον καὶ λαβὼν συνεργὸν πρὸς τὴν νίκην | Itaque Myrtilo aurigae eius persuasit regnumque ei dimidium pollicetur si se adiuvaret. |
| ὁ δὲ ταῖς χοινικίσι τῶν τροχῶν τοὺς ἥλους οὐκ (Tztz. μὴ C.) ἐμβαλὼν ἐποίησε τὸν Οἰνόμαον ἐν τῷ τρέχειν ἡττηθῆναι καὶ ἀναιρεθῆναι ὑπὸ (C. παρὰ Tztz.) τοῦ Πέλοπος ἐκπεσόντων τῶν τροχῶν, | Φερεκύδης δὲ ἐν ᾗ φησὶν ὅτι οὐκ ἐνέθηκεν ἐν τῷ ἄξονι τὸν ἔμβαλον, καὶ οὕτως ἐκκυλισθέντος τοῦ τροχοῦ ἐκπεσεῖν τὸν Οἰνόμαον. | | fide data Myrtilus currum iunxit et clavos in rotas non conjecit: itaque equis incitatis, currum defectum Oenomai equi distraxerunt. |
| Tzetza solus, omittit C.: ἢ ὡς τινες λέγουσιν, ἀντὶ σιδηρείων ἥλων, ἐμβαλὼν τῷ ἄξονι τοῦ ἅρματος κηρίους καὶ οὕτως ἥττησε Πέλοψ Οἰνόμαον. | ... σκευάσαντα (sc. τὸν Μυρτίλον) τὸν ἔμβαλον ἐκ κηροῦ, ἵνα ἐν τῷ δρόμῳ θλασθέντος αὐτοῦ νικήσας Πέλοψ λάβῃ αὐτὴν πρὸς γάμον. | ἔφθασε παραγενόμενος ἐπὶ τὸν Ἰσθμὸν πρὸς τὸν τοῦ Ποσειδῶνος βωμόν. ὁ δ' Οἰνόμαος ... αὐτὸν ἐκ τοῦ ζῆν μετέστησεν. | |

Vidisti plus uno loco Diodorum imprimis cum scholio Apolloniano multo quidem uberiore ita consentire, ut necessario concludendum sit, unum fontem iis subesse. Distat vero ab omnibus in Oenomai morte referenda; cum autem a nullo praeter Diodorum scriptore Oenomai voluntariam mortem tradi inveniam, suspicor, Diodorum per se audacter commutasse fabulam sicut c. 75 § 4, quamquam cur hoc fecerit, demonstrare non possum.

Capite 72 Diodorus Asopi generis inlustrat stemma uberrime. Tantam quidem abundantiam quamquam frustra quaerimus in bibliotheca, tamen stirpis genera eadem invenimus apud Apollodorum et fabulas, quas de Peleo et Telamone breviter modo historicus stringit, fusius quidem sed easdem in bibliotheca legimus. Ut autem tibi rem ante oculos ponam, Asopi progeniei, qualem Diodorus refert,

stemma adpingam, virgulis ea nomina significans, quae etiam Apollodorus p. 113 l. 5 sqq. refert.[68])




bibl. p. 113 l. 5 plura adnotat docta.

bibl. p. 113 l. 9: *εἴκοσι δὲ θυγατέρας, ὧν μίαν ἥρπασε Ζεύς.* Numerus non est suspectus. Velut enim tertia decima Asopi filia *Ῥόδη* legitur in schol. ρ. 208. Decimae quartae et quintae nomina vide Paus. V. 22. 6, quarum *Ἅρπινα* etiam apud Diodor. IV. 73 (= schol. Pind. O. XIII. 148 = schol. Apoll. I. 752).

1) bibl. p. 113 l. 9: *Πελάγονια.*

2) bibl. p. 114 l. 10.

3) bibl. p. 113 l. 18: *γαμεῖ δὲ Αἰακὸς Ἐνδηΐδα τῆς Σκείρωνος, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες ἐγένοντο Πηλεύς τε καὶ Τελαμών.* Sequitur docta e Pherecyde adnotatio.

4) bibl. p. 113 l. 21: *μίγνυται δὲ αὐθις Αἰακὸς Ψαμάθῃ τῇ Νηρέως κτλ.*

[68]) Pausanias II. 5, qui § 1 eodem fonte, quo Apollodorus, usus est (cf. bibl. p. 22, l. 13—16 adde, schol. A. 180 A D), § 2 tres Asopi filias nominat: Corcyram, Aeginam, Thebam, quas Phliasios dicere suo more adfirmat (cf. V. 22. 6). Quae omnes apud Diodorum reperiuntur.

Stemma apud utrumque idem est, si mittis a Diodoro duodecim Asopi filias fuisse dici, viginti ab Apollodoro. Itidem uterque Peleum et Telamonem propter Phoci necem fugisse tradit, quorum in bibliotheca quidem Telamo, Peleus apud Diodorum sicut in scholiis ad Lycophronis v. 175 et ad *Il.* 14 AD fratricida est. Quod autem hic necem casu quodam factam, ille ab utroque fratre consilio paratam esse narrat, nullius videtur momenti. Nam errasse videtur Diodorus, cum ex eius narratione non perspiciatur, cur uterque frater fugerit, quippe quorum alter certe sit innocens. Etiam in hac re fortasse erravit historicus, quod c. 72 § 7 omnium solus tradit, Telamonem Cychrei filiam Glaucam in matrimonium duxisse. Quod mihi iam eam ob causam suspectum est, quia liberos Telamo ex ea non procreat. Revera autem a Pherecyde traditum est (bibl. p. 113 l. 19 sqq.), Telamonem Glaucae Cychrei filiae fuisse filium.

Capite 71 Diodorus Aesculapium filium Apollinis et Coronidis dicit, sicut Apollodorus (p. 105 l. 22 sqq.). Tum uterque narrat, (Diodor. 71 § 1—3, bibl. p. 106 l. 6—12) Aesculapium, quippe qui mortuos arte sua in vitam revocasset, a Iove fulmine esse ictum, Apollinem autem, cum, qui filii mortem ulcisceretur, Cyclopes fulminum fabricatores interfecisset, mortali cuidam servire a Iove iussum esse. Apollodorus nonnulla, ut solet, habet Diodoro plura, sed omittit, Plutonem Aesculapium adcusasse. Aesculapi filios Graecorum contra Troiam expeditionis participes fuisse, ex Iliade inter omnes erat notum; eos autem propter merita a Graecis liberatos esse periculo pugnandi omnibusque officiis, apud alium mythographum non inveni.

Ut ad capita 69 et 70, quibus Diodorus de Lapithis et Centauris disserit, accedamus, moneam Penei generis stemma fortunae invidia praeter hunc locum nusquam, quantum scio, esse traditum. Itaque nihil possum adnotare ad § 1—3 nisi scholia A 266 B L et M. 128 AD itidem[64]) tradere, Lapitham filium esse Apollinis et Stilbae, Penei filiae, et Phorbantis filium, Actoris fratrem, Aegeum, qui in Diodori editionibus (IV. 69. 3 init.) audit, neminem alium esse atque Augeam Elidis regem, cuius bovilia Hercules purgat,

[64]) Cf. ad § 1 Hesiodi Theog. 337 et Pindari Pyth. IX. 14.

qui ab Apolloni scholiasta I. 172, Apollodoro p. 58 l. 12, aliis itidem Phorbantis filius, ab Apollodoro p. 70 l. 12 Actoris frater, a Pausania V. 1. 11 Lapithae nepos vocatur. Quod vero ad Ixionis fabulam attinet, de Centaurorum quidem ortu in Hygini fabula 62 idem legitur, quod Diodorus capitis 69 § 5 narrat. Cum vero scholiastae ad Pindari Pyth. II. v. 39, ad Apolloni Rhodi l. III. v. 62, ad A. 268 AD, ad Euripidis Phoenissarum v. 1185 ACM hanc fabulam eodem modo narratam coniungant sicut Diodorus cum Ixionis scelere in Eioneum[65]) commisso, adparet, Diodorum Hyginum scholiastas ex eodem fonte hausisse. Ut facilius rem perspicias, describam Diodori et Hygini locos atque scholia A. 268 et ad Apollonium III. 62.

| Diodor. IV. 69. 3—5. | schol. A. 268 AD. | schol. Apollon. Rh. III. 62. |
|---|---|---|
| *. . . Ἀντίων, ὃς μιγεὶς Περιμήλᾳ τῇ Ἀμυθάονος ἐγέννησεν Ἰξίονα.* | *Ἰξίων, ὁ Φλεγύου παῖς,* | *Φλεγύου δὲ υἱὸς Ἰξίων, ὡς καὶ Εὐριπίδης· «Φλεγύαντος υἱέ, δέσποτ' Ἰξίων.» Φερεκύδης δὲ Ἀντίονος*[1]). |
| *οὗτος δ' ὡς φασιν ὑποσχόμενος ἕδνα πολλὰ δώσειν Ἠιονεῖ, ἔγημε τὴν Ἠιονέως θυγατέρα Δίαν, ἐξ ἧς ἐγέννησε Πειρίθουν· ἔπειθ' ὁ μὲν Ἰξίων οὐκ ἀπέδωκε τὰ ἕδνα τῇ γυναικί, ὁ δ' Ἠιονεὺς τὰς ἵππους ἀντὶ τούτων ἠνεχύρασεν. ὁ δ' Ἰξίων τὸν Ἠιονέα μετεπέμψατο ἐπαγγελλόμενος πάντα ὑπακούσεσθαι, καὶ τὸν Ἠιονέα παραγενόμενον ἔβαλεν εἰς βόθρον πυρὸς μεστόν.* | *Δίαν τὴν Ἠιονέως γήμας, ἐλόντα τὸν κηδεστὴν ἐπὶ τὰ ἕδνα δόλῳ καταπρήσας,* | *φησὶ δὲ ὡς γαμήσας Δίαν τὴν Ἠιονέως θυγατέρα πολλὰ ὑπέσχετο δώσειν δῶρα. ἐλθόντος δὲ ἐπὶ ταῦτα τοῦ Ἠιονέως, βέρεθρον ποιήσας καὶ πυρακτώσας, σκεπάζει αὐτὸ λεπτοῖς ξύλοις καὶ κόνει λεπτῇ. ἐμπεσὼν δὲ ὁ Ἠιονεὺς ἀπόλλυται.* |

[1]) Pindari scholium, quod adscripsi, comparantes Wesseling plura verba interpolavit, Henricus Keil, lacunam indicavit ante *Ἀντίονος*.

[65]) Scripsi et scribam *Ἠιονεύς:* ita enim nomen exhibet Venetus A. l. l. codex Laurentianus XXXII. 9, Euripidis codd. ACM. In scholio Pindarico Boeckh

| Diodor. IV. 69. 4, 5. | schol. A. 268 A D. | Hyg. fab. 62. | schol. Ap. Rh. III. 62. |
|---|---|---|---|
| *διὰ δὲ τὸ μέγεθος τῆς παρανομίας μηδένα βούλεσθαι καθῆραι τὸν φόνον, τέλος δὲ ὑπὸ τοῦ Διὸς κατὰ τοὺς μύθους ἀγνισθείς,* | *μανεὶς καὶ ὑπὸ θεῶν καθαρθεὶς τὸν φόνον,* | | *λύσσα δὲ τῷ Ἰξίονι ἐνέπεσε διὰ τοῦτο, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἤθελεν ἁγνίσαι οὔτε θεῶν οὔτε ἀνθρώπων. πρῶτος γὰρ ἐμφύλιον ἄνδρα ἀπέκτεινεν. ἐλεήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἁγνίζει,* |
| *ἠράσθη μὲν τῆς Ἥρας καὶ κατετόλμησεν ὑπὲρ συνουσίας λόγους ποιεῖσθαι. ἔπειτα τὸν μὲν Δία εἴδωλον ποιήσαντα τῆς Ἥρας νεφέλην ἐξαποστεῖλαι,* | *Ἥρας ὕστερον ἠράσθη. Ζεὺς δὲ βουλόμενος αὐτὸν δοκιμάσαι, εἰ τῷ ὄντι τολμᾷ ποιῆσαι τοῦτο, νεφέλην ἀπεικάσας Ἥρᾳ παρέκλινεν αὐτῷ.* | Ixion Leontei[2]) filius conatus est Iunonem comprimere. Iuno Iovis iussu nubem supposuit, quam Ixion Iunonis simulacrum esse credidit. | *καὶ ἁγνισθεὶς ἠράσθη τῆς Ἥρας. ὁ δὲ Ζεὺς νεφέλην ὁμοιώσας Ἥρᾳ παρακοιμίζει αὐτῷ,* |
| *τὸν δὲ Ἰξίονα τῇ νεφέλῃ μιγέντα γεννῆσαι τοὺς ὀνομαζομένους Κενταύρους ἀνθρωποφυεῖς.* | *ὁ δὲ μιγεὶς τῇ νεφέλῃ ὡσανεὶ τῇ Ἥρᾳ ἔσχε παῖδα Κένταυρον, ἀφ' οὗ τὸ τῶν Κενταύρων γένος.* | ex ea nati sunt Centauri. | |

[2]) Leontei cod.; Phlegyantis Maur. Schmidt. Erravitne fortasse Hyginus et scripsit Eioneum, Ixionis socerum putans patrem?

---

edidit *Δηιονεύς*. In Diodoro Wesseling edidit *Ἡσιονεῖ*, vulgo legitur *Ἱονεῖ*. Ceterum adnotem, me Ludovici Dindorf (Lipsiae 1861) Diodori editione uti, non quia optimam duco, sed quia despero, me ex editionibus, quotquot exstant, eruturum esse, quid codices tradant, quoniam saepe aliae editiones alia verba et verborum aliam collocationem exhibent atque aliae. Speramus, Fridericum Vogel mox nos esse adiuturum.

Diodor. IV. 69. 5. *τέλος δὲ μυθολογοῦσι τὸν Ἰξίονα διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἡμαρτημένων ὑπὸ Διὸς εἰς τροχὸν ἐνδεθῆναι, καὶ τελευτήσαντα τὴν τιμωρίαν ἔχειν αἰώνιον.*

schol. 268 AD. *μετὰ δὲ θανάτου ἔλαβε δίκας παρ' αὐτοῦ ὁ Ζεὺς, ποιήσας αὐτὸν ἐν τοῖς καταχθονίοις στρέφεσθαι μετὰ πολλῆς βίας ἐπὶ τροχοῦ σιδηροῦ.*

Hyg. fab. 62. At Mercurius Iovis iussu Ixionem ad inferos in rota constrinxit, quae ibi adhuc dicitur verti.

schol. Ap. Rh. III. 62. *καὶ ὕστερον ποιήσας τετράκνημον τροχὸν καὶ δεσμεύσας αὐτὸν τιμωρεῖται.*

Hos omnes ex uno eodemque fonte hausisse luce est clarius, quamquam fortasse Pindari scholiastam etiam aliena admiscuisse concedendum est. Quod autem Diodorus Ixionem ex nube non unum filium Centaurum, sed Centauros genuisse narrat, sine ulla dubitatione Diodori neglegentiae adscribo, quamvis Hyginus idem refert, quem statuo eodem modo peccasse. — Neque in fine huius Diodori partis desunt vestigia, e quibus conligatur, eam cum Apollodori et Hygini fontibus cohaerere. Conferas enim capitis 70 paragraphos tertiam et quartam cum Hygini fabulae 33 fine, Zenobi c. V. 33 b[66]), et imprimis scholio A. 263 AD. Scholiasta enim sicut Diodorus non modo Pirithoi uxoris nomen idem refert: *Ἱπποδάμεια ἢ Βούτου* (D, *Ἱπποβότεια A*), sed etiam Centauros in Maleam confugisse narrat.

Melius in Salmonei generis historia procedit quaestio, cum haec etiam in bibliotheca servata sit. Nam inde ab Aeolo, Salmonei patre, Deucalionis nepote, usque ad Nelei liberos et Amythaonis filios, Biantem et Melampodem, idem stemma ab utroque inlustratur, neque ullum invenitur discrimen, nisi quod capitis 68 § 3 Aglaia Amythaonis uxor adpellatur, ab Apollodoro autem Eidomena[67]). Melampodis autem genus, quod enumerat Diodorus c. 66 § 5, in bibliotheca non invenitur, attamen Amphiarai pater Oicles

---

[66]) Zenobium V. 33 b ex Apollodori bibliotheca hausisse suspicatus est Carolus Robert; in bibliothecae epitoma Vaticana Lapitharum et Centaurorum proelium non inveniri testatur Ricardus Wagner: Rhen. Mus. XLI. p. 145.

[67]) Plura traduntur Melampodis matris nomina: tertium adnotatum est a Theone e Dieuchida Megarensi et ad Apoll. Rh. I. 121, ubi *Δωρίππη* cod. exhibet, et ad Theocrit. III. 43, ubi *Ῥοδόπη* legitur. Cf. Udalr. de Wilamowitz: Isyllos von Epidauros p. 177, n. 33. Quartum est *Ἀλφεσίβοια* in schol. Theocrit. III. 43, 45.

etiam ab Aopollodoro velut p. 93 l. 16 et ab Hygino nominatur, eius mater Hypermnestra, Thesti filia, ab Hygino velut in fabula 70. Eadem Melampodis genealogia, quam refert Diodorus, reperitur, exilior quidem, in scholio ad Theocriti III. 43, quod modo Melampodis uxorem non Iphianiram, Megapenthei filiam, sed Iphianassam Proeti filiam nominat. Quod vero pro *Μαντώ* apud Diodorum in scholio *Μάντιος* legitur, non est discrimen, sed e scholio Diodorus est emendandus, cum itidem Pherecydes in scholio N. 663 V Mantium Melampodis filium adferat. Ut vero tibi persuadeas, non solum generis stemma, sed etiam fabulas esse easdem apud Siculum et bibliothecae auctorem conferas c. 68 § 1 cum bibl. p. 23 l. 1—2, l. 11; § 2 cum bibl. p. 23 l. 22, l. 4—10; § 3 cum bibl. p. 23 l. 24, 20; p. 24 l. 14—16, p. 23 l. 26 sqq. etc. Adpingam autem Salmonei fabulam, quam componam e Diodori l. IV. c. 68 § 2 et libri VI. frg. 7, 4[68]) collatam cum Hygini fabula 61 et bibl. p. 23 l. 3 sqq.

| Diodor. VI. frg. 7, 4. | bibl. p. 23 l. 3. | Hyg. fab. 61. |
|---|---|---|
| *Ὅτι ὁ Σαλμωνεὺς ἀσεβὴς καὶ ὑπερήφανος ἦν καὶ τὸ θεῖον διέσυρε, τὰς δὲ αὐτοῦ πράξεις ὑπερέχειν τῶν τοῦ Διὸς ἀπεφαίνετο· διὸ καὶ κατασκευάζων διά τινος μηχανῆς ψόφον ἐξαίσιον καὶ μιμούμενον τὰς βροντὰς ἐβρόντα, καὶ οὔτε θυσίας οὔτε πανηγύρεις ἐτέλει.* | *ὑβριστὴς δὲ ὢν* (sc. *ὁ Σαλμωνεύς*) *καὶ τῷ Διὶ ἐξισοῦσθαι θέλων διὰ τὴν ἀσέβειαν ἐχολάσθη. ἔλεγε γὰρ ἑαυτὸν εἶναι Δία, καὶ τὰς ἐκείνου θυσίας ἀφελόμενος ἑαυτῷ προσέτασσε θύειν, καὶ βύρσας μὲν ἐξηραμμένας ἐξ ἅρματος μετὰ λεβήτων χαλκῶν σύρων ἔλεγε βροντᾶν, βάλλων δὲ εἰς οὐρανὸν αἰθομένας λαμπάδας ἔλεγεν ἀστράπτειν. Ζεὺς δὲ αὐτὸν κεραυνώσας τὴν κτισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ πόλιν καὶ τοὺς οἰκήτορας ἠφάνισε πάντας.* | Salmoneus Aeoli filius Sisyphi frater cum tonitrua et fulmina imitaretur Iovis, sedens quadrigam faces ardentes in populum † mitteret et cives; |
| IV. 68. 2 . . . *ὑπὸ δὲ Διὸς διὰ τὴν ἀσέβειαν ἐκεραυνώθη.* | | ob id a Iove fulmine est ictus. |

Iam quaero, quomodo explices manifestam propinquitatem, quae inter Diodorum et Apollodorum, Hyginum, alia mythographorum fragmenta in scholiis dispersa intercedit? Cum illos histo-

[68]) cf. A. Ludwich Mus. Rhen. vol. XXXIV. p. 619.

rico usos esse, sanus nemo suspicari possit, num tu e diversis fontibus tot similia et paria fluxisse praetendas?

At mittamus haec. Iamiam enim exsistit quaestio, utrum Diodorus in hac modo parva parte auctorem, qui fabulas graecas in generum stemmatibus insertas edidit, secutus sit, ut Otto Sieroka sibi persuasit, an etiam alia genealogiarum vestigia et alii Diodori loci mythographis, imprimis Apollodoro similes possint ostendi. Posse revera, iamiam ut tibi persuadeam studebo.

Siculus, qui initio libri IV se primo loco de Baccho fabulas relaturum esse dicit, capite 2 incipit a dei illius avo Cadmo Agenoris filio, et, postquam eum a patre expulsum in Boeotia Thebas condidisse, quattuor filias, unum filium procreasse, Semelam unam ex eis a Iove compressam et a Iunone deceptam interiisse narravit, denique ad ipsum deum pervenit. Itaque haud patet, cur Otto Sieroka non etiam hanc fabulam e genealogiarum libro, quem vocat, manasse statuerit. Revera autem ex eodem auctore Diodorum eam sumpsisse, unde stemmata et fabulas, quas modo perlustravimus, facile cognoscitur.

Apollodorus enim p. 80 l. 14 sqq. et p. 84 l. 23 — p. 86 et Hygini fabulae 178 et 179 prorsus eadem eodem ordine sed multo uberiore neque doctrinae experta narratione praebent. Ipse locis comparatis, me non nimium dixisse tibi persuadeas. Semelae autem sortem Diodorus etiam libri III. c. 64 § 3 sqq. paullo fusius, sed minime aliter tradit. Quod animadverti et concedi cum mea intersit, utrumque Diodori locum iuxta bibliothecae verba et Hygini fabulam describam. Ipse compares etiam schol. Ξ. 325 ABDL, quod paene ad verbum cum bibliotheca consentit[69]).

| Diodor. III. 64. 3. | Diodor. IV. 2, 2. | bibl. p. 85 l. 29 sqq. | Hyg. fab. 179. |
|---|---|---|---|
| *μυθολογοῦσι γὰρ ἐρασθέντα Δία μιγῆναι πλεονάκις αὐτῇ* (sc. *Σεμέλῃ*) *διὰ τὸ κάλλος,* | *τῇ δὲ Σεμέλῃ διὰ τὸ κάλλος Δία μιγέντα καὶ μεθ' ἡσυχίας ποιούμενον τὰς ὁμιλίας* | *Σεμέλης δὲ Ζεὺς ἐρασθεὶς κρύφα συνευνάζεται.* | Iovis cum Semele voluit concumbere, |

[69]) v. Eduard. Schwartz: de scholiis Homericis p. 445.

Diodor. III. 64. 3. τὴν δ' Ἥραν ζηλοτυποῦσαν καὶ βουλομένην τιμωρίᾳ περιβαλεῖν τὴν ἄνθρωπον, ὁμοιωθῆναι μέν τινι τῶν ἀποδοχῆς τυγχανουσῶν, παρακρούσασθαι δὲ τὴν Σεμέλην· εἰπεῖν γὰρ πρὸς αὐτὴν ὅτι καθῆκον ἦν τὸν Δία μετὰ τῆς ἐπιφανείας τε καὶ τιμῆς ποιεῖσθαι τὴν ὁμιλίαν, ᾗπερ χρῆται κατὰ τὴν πρὸς τὴν Ἥραν συμπεριφοράν.

Diodor. IV. 2. 2. δόξαι καταγρονεῖν αὐτῆς.

bibl. p. 85. l. 29 sqq. ἡ δὲ ἐξαπατηθεῖσα ὑπὸ Ἥρας, καταπεύσαντος αὐτῇ Διὸς πᾶν τὸ αἰτηθὲν ποιήσειν,

Hyg. fab. 179. quod Iuno cum resciit, specie immutata in [Beroen] nutricem [1]) ad eam venit et persuasit, ut peteret ab Iove,

ut eodem modo ad se, quomodo ad Iunonem veniret, »ut intellegas«, inquit, »quae sit voluptas cum deo concumbere«.

διὸ καὶ τὸν μὲν Δία, τῆς Σεμέλης ἀξιούσης τυγχάνειν τῶν ἴσων Ἥρᾳ τιμῶν,

διόπερ ὑπ' αὐτῆς παρακληθῆναι τὰς ἐπιπλοκὰς ὁμοίας ποιεῖσθαι ταῖς πρὸς τὴν Ἥραν συμπεριφοραῖς.

αἰτεῖται τοιοῦτον αὐτὸν ἐλθεῖν, οἷος ἦλθε μνηστευόμενος Ἥραν. Ζεὺς δὲ μὴ δυνάμενος ἀνανεῦσαι,

itaque Semele petiit a Iove, ut ita veniret ad se.

παραγενέσθαι μετὰ βροντῶν καὶ κεραυνῶν,

τὸν μὲν οὖν Δία παραγενόμενον θεοπρεπῶς μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν ἐπιφανῶς ποιεῖσθαι τὴν συνουσίαν·

παραγίνεται εἰς τὸν θάλαμον αὐτῆς ἀστραπαῖς ὁμοῦ καὶ βρονταῖς, καὶ κεραυνὸν ἵησιν.

Qua re impetrata Iovis cum fulmine et tonitribus venit

τὴν δὲ Σεμέλην οὐχ ὑπομείνασαν τὸ μέγεθος τῆς περιστάσεως τελευτῆσαι καὶ τὸ βρέφος ἐκτρῶσαι πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου.

τὴν δὲ Σεμέλην ἔγκυον οὖσαν καὶ τὸ μέγεθος τῆς περιστάσεως οὐκ ἐνέγκασαν τὸ μὲν βρέφος ἐκτρῶσαι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς αὐτὴν τελευτῆσαι.

Σεμέλης δὲ διὰ τὸν φόβον ἐκλιπούσης, ἐξαμηνιαῖον τὸ βρέφος ἐξαμβλωθὲν

et Semelen conflagravit. Ex utero eius Liber est natus.

1) Nomen videtur interpolatum esse ex Ovidii met. III. v. 278. Sed nihil praeter nomen.

| Diodor. III. 64. 3. | Diodor. IV. 2. 3. | bibl. p. 86, l. 3 sqq. | Hyg. fab. 179. |
|---|---|---|---|
| καὶ τοῦτο μὲν τὸν Δία ταχέως εἰς τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν ἐγκρύψαι· μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ κατὰ φύσιν τῆς γενέσεως χρόνου τὴν τελείαν αὔξησιν ποιήσαντος | | ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάσας ἐνέρραψε τῷ μηρῷ . . . κατὰ δὲ τὸν χρόνον τὸν καθήκοντα Διόνυσον γεννᾷ Ζεὺς λύσας τὰ ῥάμματα, | |
| | ἔπειτα τὸ παιδίον ἀναλαβόντα τὸν Δία παραδοῦναι τῷ Ἑρμῇ, καὶ προστάξαι | καὶ δίδωσιν Ἑρμῇ. . . . l. 22 καὶ λαβὼν αὐτὸν Ἑρμῆς | quem Mercurius ab igne ereptum Nyso dedit educandum |
| ἀπενεγκεῖν τὸ βρέφος εἰς Νῦσαν τῆς Ἀραβίας· | τοῦτο μὲν ἀποκομίσαι πρὸς τὸ ἄντρον τὸ ἐν τῇ Νύσῃ, κείμενον μεταξὺ Φοινίκης καὶ Νείλου, ταῖς δὲ νύμφαις παραδοῦναι τρέφειν. | πρὸς νύμφας ἐκόμισεν ἐν Νύσῃ τῆς Ἀσίας κατοικούσας . . . | |
| ἐνταῦθα δ' ὑπὸ νυμφῶν τραφέντα τὸν παῖδα προσαγορευθῆναι μὲν ἀπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ τόπου Διόνυσον . . . | . . . διὸ καὶ τραφέντα τὸν Διόνυσον ἐν τῇ Νύσῃ τυχεῖν τῆς προσηγορίας ταύτης ἀπὸ Διὸς καὶ Νύσης. | | et graece Dionysos est appellatus. |

Hic consensus cum aliter omnino non possit explicari, atque ad unum omnibus fontem vocatis, adnotem Diodorum etiam de Musis eundem mythographicum fontem adiisse videri. Nam Mnemosynae et Iovis eas esse filias, quod a plurimis mythographorum tradi Diodorus dicit, legitur etiam in bibliotheca I. 3. 9, 2. Sed etiam Alcmanis raram mentionem ex enchiridio mythologico fluxisse Udalricus de Wilamowitz demonstravit, qui eiusdem rivulum in Clementis Alexandrini protreptico p. 27 detexit[70]).

[70]) Commentariolum grammaticum II. p. 11.

Iam ad *παρέκβασιν*, quam vocat Diodorus, capitis 34 transeamus, ubi, Deianira ab Hercule in matrimonium ducta commemorata, de Meleagro se dicturum esse promittit. Sed non solum de eo, qui sicut Deianira ex Oeneo et Althaea natus est, disserit, sed addit capite 35, Oeneum postea Periboeam, missam ab Hipponoo Olenio e Marte gravidam, uxoris loco accepisse et Tydeum filium procreasse. Cur hoc addidit? Nimirum quia in fonte invenit, qui totum Oenei genus inlustravit. Eandem autem Meleagri fabulam legis in bibliotheca p. 18 l. 2 — p. 19 l. 10, quae duobus locis paullulum a Diodori narratione discedit, et in Hygini fabulis 171—174, quae quidem Ovidium resipiunt. Prorsus autem Diodorus consentit cum scholiasta ad *I.* 548 ABD, qui itidem primo a Meleagro aprum ictum esse et Atalantae, cui Meleager pellem et caput donaverit, ab Althaeae fratribus insidias paratas esse narrat. Commemorat autem historicus duas fabulae de Meleagri morte formas sicut Apollodorus, quarum altera de ligno a Parcis Althaeae dato apud utrumque eadem est. Alteram vero quamquam Diodorus brevissime modo significat, eandem esse, quam Apollodorus secundo loco refert, propterea pro certo habeo, quod apud utrumque Meleager matris exsecrationibus moritur. Atque hanc fabulam Apollodorus secundum Iliadis I. v. 553—599 narrat, addit autem mortem Meleagri, quem Homerus non commemorat; eandem adnotat etiam Diodorus [71]). Luculenter igitur adparet, etiam hic Diodorum et Apollodorum ex eodem libro fabulari hausisse, qui etiam fabularum discrepantias exhibuit. At Diodori capitis 35 § 1 una re distat ab Apollodoro. Hic enim Periboeam Oleniam ab Hipponoo patre ad Oeneum missam, secundum Hesiodum ex Hippostrato Amaryncei filio gravidam esse narrat, Diodorus autem e Marte. Sed Apollodorum errasse demonstrant Hesiodi versus ipsi, quos scholiasta ad Pindari Olymp. XI. 46 (frg. 97 Rzach) servavit:

»*Τὴν δ' Ἀμαρυγκείδης Ἱππόστρατος, ὄζος Ἄρηος*
*Φύκτεος ἄγλαος υἱός, Ἐπειῶν ὄρχαμος ἀνδρῶν....*«

Neque possum non contendere etiam Diodorum errasse, cum equidem Tydeum Martis filium nominari nusquam praeter unum hunc Diodori locum inveniam. Itaque cum praeterea Diodorus

---

[71]) cf. etiam schol. I. 534 ABD, quod duas illas fabulae formas permiscet.

prorsus cum Apollodoro consentiat, mihi necessario concludendum esse videtur, etiam Diodorum nescio quo errore perductum false Martem Tydei patrem adpellasse.

De Heraclidis, quorum de reditu in Peloponnesum fabulae c. 57, 58 sequuntur, cum difficillimum sit disputare[72]) neque obiter agi possit, adnotem modo, etiam haec capita propinquitatis vinculis cum Apollodoro et Pausania esse coniuncta, apud quos Diodorei mythographi vestigia iterum iterumque invenimus. Herculis filios post patris *ἀποθέωσιν* apud Ceycem Trachinium habitasse, tum Eurysthei minis expulsos ab Atheniensibus hospitio acceptos devicisse Argivos, Eurystheo ab Hyllo interempto omnibusque eius filiis necatis et Diodorus 57 § 2 et Apollodorus (p. 76 l. 6 sqq.) itidem tradunt, quamquam singulis nonnullis rebus distant; etiam Tlepolemum Licymnio necato ex Peloponneso in Rhodum fugisse Diodorus 58 § 7 cum Apollodoro p. 76 l. 25 consentit. Hyllum autem ab Echemo Tegeata victum esse et interfectum Diodorus 58 § 3, 4 sicut Pausanias VIII. 5. 1 refert[73]).

In Thesei fabulis, quae inde a capite 59 sequuntur, genealogiarum vestigia (v. c. 59 § 1; c. 62 § 1), quamquam magis rara, tamen vix minus sunt aperta, quam in Cretensi historia, quae eis intercalata est; affinitas autem, qua Diodori narratio cum Hygino et Apollodoro copulatur, artissima est. Velut capitis 59 paragraphum primam conferas cum bibliothecae p. 125 l. 21 sqq., Hygini fabula 37. Sex labores, quibus Theseus Trozene profectus Athenas perfunctus est, eosdem esse apud Diodorum § 2—6 et in Hygini fabula 38, non quidem mirum est[74]). Septimo loco se-

---

[72]) v. Udalr. de Wilamowitz: de Euripidis Heraclidis, progr. Gryphiswald.

[73]) Corruit igitur Ottonis Sieroka sententia, quam p. 14 et 16 protulit: omnia generum stemmata huius Diodori fontis usque ad Troianum bellum esse producta. Sin autem in universum spectas, sane est recta et probata. Etiam Photius bibl. cod. 186 p. 142 (Bekker) dicit de Apollodori bibliotheca: »*κάτεισι μέχρι τῶν Τρωικῶν*«, quamquam Heraclidarum reditus sane post Troiam captam accidit. v. C. Robert de Ap. bibl. p. 5.

[74]) Locus, quo Thesei cum Cromyonio sue proelium refertur, commutatus est in codice F cum eo, quo Procrustae poena refertur. Librariorum hoc esse vitium veri simile est. Nam laborum ordo alius non esse potest atque locorum ordo, quos via tangit. Itaque etiam bibliothecae epitoma Vaticana tertio loco pugnam in Cromyonium suem refert (v. R. Wagner Mus. Rhen. vol. XLI. p. 140).

quitur pugna cum tauro Marathonio, quem Hercules ex Creta adduxerit, apud utrumque. Antequam autem Diodorus de Thesei expeditione in Cretam facta verba facit, breviter Minois prosapiam perlustrat. Quae pars bene congruit cum bibliothecae p. 80 l. 9—12 et p. 81 l. 21—25, praeterquam quod Diodorus duos Minoes enumerat, quorum alter nepos est alterius; sed Diodori fons varias de Minois patribus sententias adnotavit, ut ex c. 60 § 3 elucet, atque inter eas etiam eam, quae unum modo Minoem agnovit, cum addat c. 60 § 3 secundo Minoe commemorato: »ὃν τινες Διὸς υἱὸν ἀναγράφουσιν«, Juppiter autem primi Minois pater sit. Atque ipse Diodorus sicut Apollodorus hanc sequitur sententiam l. V. c. 78, ubi partim quidem eum eodem fonte usum esse crediderim. Minois filium Androgeum, pergit, qui Athenis ludis Panathenaicis omnes vicerit (Diodor. IV. 60. 4 = bibl. p. 124 l. 10), interfectum esse Thebas profectum. Atque hic discrimen inter Diodorum et Apollodorum intercedere videtur, sed videtur modo: in bibliotheca enim p. 124 l. 12—15 narratur, ab Aegeo emissum esse Cretensem contra bovem Marathonium, nimirum ut moreretur; addit autem secundum nonnullos auctores eum Thebas euntem ab incolis necatum esse. Vides, rursus Diodorum duas varias fabulas coniunxisse ita, ut Aegeum iussisse dicat, Androgeum illud iter facientem interimi. — Tum vero Athenienses fame vexatos, dei iussu Minoi paruisse, qui septem pueros puellasque septem flagitavisset, apud utrumque legis. Cum narratione, quae sequitur c. 61 § 4—5 init. confer Hygini fabulam 42. Neuter autem omittit, Theseum postea Ariadnae sororem Phaedram duxisse in matrimonium (c. 62 § 1 = Hyg. fab. 43 s. f.).

Valde autem quaeso animadvertas, in tanta fabularum de Ariadna Theseoque varietate bene consentire Diodorum (61 § 5, 6) cum Pausania (I. 22, 5) et Apollodoro[75]), qui omnes narrant, Theseo Ariadnam in Dia insula a Baccho esse raptam.

---

[75]) Observavit M. Wellmann: de Istro Callimachio p. 93, confer quae infra disputabimus. Apollodorum idem narrasse, epitoma Vaticana docet, quam invenit Ricardus Wagner. Miro autem modo explicat illius fabulae ortum (Mus. Rhen. XLI. p. 145): »Die lokalpatriotischen Tendenzen des Atheners Apollodor sind längst erkannt (v. Robert a. a. O. p. 34); ihnen schliefst sich würdig an, dafs auch er bemüht gewesen ist, den schlimmsten Flecken von dem glänzenden Bilde des Nationalhelden zu tilgen.« Putatne revera demum secundo p. Chr. n. hoc Athenienses fecisse?

Statim Daedali fabulas adnectamus, quas Diodorus c. 76—80 fuse enarrat. Quorum cum capita 78, 79, capitis 80 initium aliunde manasse Ottoni Sieroka iam supra concesserimus et c. 80 § 3—5 ab ipso Diodoro esse de suo additas cum Christiano G. Heyne statuerimus, restant modo capita 76 et 77, neque haec tota e mythographico fonte Diodorum sumpsisse contendere ausim. Distant enim ab Hygino et Apollodoro. Sed Daedalum ex Creta pennis artificiose confectis cum Icaro per aerem aufugisse, Icarum in mare decidisse, patrem solum in Siciliam pervenisse, Diodorus c. 77 § 7—9 prorsus eodem modo narrat, quo Hyginus fab. 40 et Apollodorus (v. epitomam Vaticanam, Mus. Rhen. XLI. p. 141 = Zenob. IV. 92). Nam quod Hyginus narrat, Minoem Daedalo propter vaccam Pasiphaae confectam succensuisse, Diodorus § 7 indicat verbis: »*Δαιδάλου . . . ὑπὸ τῆς Πασιφάης κρυπτομένου*« et § 5 diserte dicit: »*Δαίδαλον πυθόμενον τὴν ἀπειλὴν τοῦ Μίνω διὰ τὴν κατασκευὴν τῆς βοός . . .*« Apollodorus autem etiam hanc Minois in Daedalum irae causam tradidisse adparet praeter alteram, quam epitoma Vaticana solam praebet »*ὅτι Μίνως αἰσθόμενος τοῦ φεύγειν μετὰ Θησέως, Δαίδαλον αἴτιον ἐν τῷ λαβυρίνθῳ μετὰ τοῦ παιδὸς Ἰκαρίου καθεῖρξεν*«: Zenobius enim IV. 92, qui paene verbo tenus cum Apollodori epitoma consentit, pro illius quae modo exscripsi verbis exhibet haec: »*δι' ὅπερ* (sc. *Δαίδαλος*) *εἰργάσατο μύσος ἐπὶ τῷ τῆς Πασιφάης ἐρωτι τῷ πρὸς τὸν ταῦρον*«[76]). Adnotem autem, Diodori alteram narrationem Pausaniae VII. 4. 5—6, IX. 11. 4 non ita esse dissimilem, cum apud utrumque non pennis, sed navibus ex Creta in Siciliam aufugiat[77]), atque quae Diodorus de Daedali statuis dicit, saepius legi, ergo ad unum fontem redigendum esse[78]).

---

Putatne revera tum temporis fabulas ut ita dicam vixisse? Bibliothecae auctorem Apollodori nomen esse mentitum Hermannus Diels Mus. Rhen. vol. XXXI. p. 8 docuit.

[76]) v. Mus. Rhen. XLI. p. 143 Ricardus Wagner Zenobi verba illa ab Apollodoro aliena esse putat.

[77]) cf. etiam Plini nat. hist. VII. 209: »malum et antennan Daedalus (invenit).«

[78]) v. imprimis schol. Platon. Menon. p. 367 et Tzetzae chiliad. I. 539; composuit locos Joannes Overbeck: »Schriftquellen zur Geschichte der bildenden Kunst bei den Griechen.« Cf. Car. Robert: Archäologische Märchen S. 1 sqq.



Capite 62 Diodorus Hippolyti et Thesei mortes narrat. Atque cum de Hippolyti fabula, quam miro modo partim secundum Euripidis Hippolytum Coroniferum, partim prorsus aliter refert, infra nobis sit agendum, hoc loco modo monuerim, Diodorum fabulam de Hippolyti morte, cum non crederet, a Neptuno taurum e mari promissum esse, ad communis vitae rationem suo periculo redegisse videri. Tum autem adnotat, Theseum seditione facta ex Attica eiectum diem supremum exsulem obiisse, sicut Apollodorus, Ricardo Wagner teste Theseum a Lycomeda necatum esse scripsit. Idem etiam Plutarchus in Thesei vitae c. 35 profert atque idem quod Diodorus addit, herois ossa Athenas reportatas esse et ipsum divinis honoribus et templo esse cultum.

Vix Thesei morte narrata, tamen capite 63, quod sequitur, historicus unum ex eius facinoribus addit: Helenae raptum et descensum ad inferos. Unde puto conligendum esse, Diodori auctorem mythographum has fabulas non in Thesei vita rettulisse. Ac nescio an non casu factum sit, ut itidem neque in bibliotheca neque apud Hyginum eas inter illius herois facinora enumerarentur, sed in genere Tyndaridarum inlustrando commemorari. Ex eodem autem fonte, unde Thesei fabulas, Diodorum hasce petiisse adparet vel obiter comparato capite 63 cum Apollodoro (p. 107 l. 19—24) et Hygini fabula 79. Accedit, quod Plutarchus in vitae Thesei c. 31 sicut Diodorus refert, Helenam Theseo esse addictam, cum per tesserarum iactus cum Pirithoo de praeda concertasset. Ab Hercule unum Theseum ab inferis reductum esse, etiam Apollodorus p. 66 l. 28 tradit, Hyginus autem fabula 79 et Thesеum et Pirithoum ab illo heroe liberatos esse narrat, sicut Diodorus c. 26 § 1. Denique etiam tertiam fabulae formam satis raram Diodorus c. 63 § 5 addit, quae neutrum rediisse refert: invenitur in Vergili Aeneidos l. VI. 617.

Venimus ad fabulas Thebanas. In iis tractandis Eduardus Schwartz cognovit, »prorsus easdem rationes fabularum componendarum apud Diodorum inveniri, atque in compendiis«, exemplis usus fabulis de Oedipode puero et iuvene atque de Amphiarao ab uxore ad bellum coacto[79]). Ac si totam Thebanarum

[79]) de scholiis Homericis p. 453.

fabularum narrationem Diodori cum bibliotheca comparaveris, concedes, plane eam esse eandem sed breviter contractam. Conferas quemvis huius partis locum, omnes itidem, quod dixi, probabunt. Velut hunc perlege comparatum cum bibliotheca et Hygino.

| Diodor. IV. 65. 1 sq. | bibl. p. 93 l. 1 sqq. | Hyg. fab. 68, 69. |
|---|---|---|
| *πρεσβυτέρου δ' ὄντος Ἐτεοκλέους, τοῦτον πρῶτον ἄρξαι, καὶ διελθόντος τοῦ χρόνου μὴ βούλεσθαι παραδιδόναι τὴν βασιλείαν· τὸν δὲ Πολυνείκην κατὰ τὰς ὁμολογίας ἀπαιτεῖν τὴν ἀρχήν·* | *. . . τινὲς δὲ πρῶτον Ἐτεοκλέα ἄρξαντα μὴ βούλεσθαι παραδοῦναι τὴν βασιλείαν.* | 68. Polynices, Oedipodis filius, anno peracto regnum ab Eteocle fratre repetit. ille cedere noluit. |
| *τοῦ δὲ ἀδελφοῦ μὴ ὑπακούοντος φυγεῖν εἰς Ἄργος πρὸς Ἄδραστον τὸν βασιλέα.* | *φυγαδευθεὶς δ' οὖν Πολυνείκης ἐκ Θηβῶν ἦκεν εἰς Ἄργος, τόν τε ὅρμον καὶ τὸν πέπλον ἔχων· ἐβασίλευε δὲ Ἄργους Ἄδραστος ὁ Ταλαοῦ.* | 69. . . . sub eodem tempore Polynices Oedipodis filius expulsus ab Eteocle fratre ad Adrastum devenit |
| *καθ' ὃν δὴ χρόνον φασὶ Τυδέα τὸν Οἰνέως ἐν Καλυδῶνι τοὺς ἀνεψιοὺς ἀνελόντα . . . φυγεῖν ἐκ τῆς Αἰτωλίας εἰς Ἄργος.* | *καὶ τοῖς τούτου βασιλείοις νύκτωρ προσπελάζει καὶ συνάπτει μάχην Τυδεῖ τῷ Οἰνέως φεύγοντι Καλυδῶνα* (cf. p. 20, l. 5 sqq.: *Τυδεὺς . . . ἐφυγαδεύθη κτείνας . . . ὡς δὲ ὁ τὴν Ἀλκμεωνίδα γεγραφώς, τοὺς Μέλανος* [v. p. 17, l. 16] *παῖδας . . . ὡς δὲ Φερεκύδης φησίν, Ὠλενίαν ἀδελφὸν ἴδιον*). | et Tydeus simul Oenei et Periboeae captivae filius a patre, quod fratrem Menalippum in venatione occiderat . . . |
| *Ἄδραστον δὲ ἀμφοτέρους ὑποδεξάμενον φιλοφρόνως κατά τι λόγιον συνοικίσαι τὰς θυγατέρας αὐτοῖς, Ἀργείαν μὲν Πολυνείκει, Δηιπύλην δὲ Τυδεῖ.* *εὐδοκιμούντων δὲ τῶν νεανίσκων καὶ μεγάλης ἀποδοχῆς ὑπὸ τοῦ βασιλέως τυγχανόντων, φασὶ* | *γενομένης δὲ ἐξαίφνης βοῆς ἐπιφανεὶς Ἄδραστος διέλυσεν αὐτούς, καὶ μάντεώς τινος ὑπομνησθεὶς λέγοντος αὐτῷ κάπρῳ καὶ λέοντι συζεῦξαι τὰς θυγατέρας, ἀμφοτέρους εἵλετο νυμφίους . . . γαμεῖ δὲ Δηιπύλην μὲν Τυδεύς, Ἀργείην δὲ Πολυνείκης.* | Adrasto, Talai et Eurynomes filio, responsum ab Apolline fuit, eum filias suas . . . apro et leoni daturum in conjugium . . . Tunc rex responsi memor Argiam dat Polynici, . . . Deipylam minorem dat Tydeo . . . At Polynices rogat Adrastum, ut sibi exercitum |

Diodor. IV. 65. 1 sq.

τὸν Ἄδραστον χαριζόμενον αὐτοῖς ἐπαγγείλασθαι κατάξειν ἀμφοτέρους εἰς τὰς πατρίδας. κρίναντος δ' αὐτοῦ πρῶτον καταγαγεῖν τὸν Πολυνείκην . . .

bibl. p. 93 l. 1 sqq.

καὶ αὐτοὺς Ἄδραστος ἀμφοτέρους εἰς τὰς πατρίδας ὑπέσχετο κατάξειν· καὶ πρῶτον ἐπὶ Θήβας ἔσπευδε στρατεύεσθαι, καὶ τοὺς ἀριστέας συνήθροιζεν.

Hyg. fab. 68, 69.

commodaret ad paternum regnum recuperandum a fratre: cui Adrastus non tantum exercitum dedit, sed etiam ipse cum aliis (septem) ducibus profectus est . . .

Aut aliud inspice ex Epigonorum fabulis exemplum:

Diodor. IV. 66. 1 sqq.

Οἱ μὲν οὖν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας τοιοῦτον τὸ πέρας ἔσχον· οἱ δὲ τούτων παῖδες, ἐπίγονοι ὀνομασθέντες, τὸν τῶν πατέρων θάνατον ἐπεξιόντες ἔγνωσαν στρατεύειν κοινῇ ἐπὶ τὰς Θήβας, λαβόντες χρησμὸν παρ' Ἀπόλλωνος πολεμεῖν τὴν προειρημένην πόλιν στρατηγὸν ἔχοντας Ἀλκμέωνα τὸν Ἀμφιαράου. ὁ δ' Ἀλκμέων αἱρεθεὶς ὑπ' αὐτῶν στρατηγὸς ἐπηρώτησε τὸν θεὸν περὶ τῆς ἐπὶ τὰς Θήβας στρατείας καὶ περὶ τῆς Ἐριφύλης τῆς μητρὸς κολάσεως· τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος χρήσαντος ἀμφότερα τὰ προειρημένα πρᾶξαι διὰ τὸ μὴ μόνον τὸν χρυσοῦν ὅρμον δέξασθαι κατὰ τῆς ἀπωλείας τοῦ πατρός, ἀλλὰ καὶ πέπλον λαβεῖν αὐτὴν κατὰ τῆς τοῦ υἱοῦ τελευτῆς· . . . τὸν δὲ πέπλον (προσδέξασθαι) παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Πολυνείκους Θερσάνδρου, ὅπως πείσῃ τὸν υἱὸν στρατεύειν ἐπὶ τὰς Θήβας.

bibl. p. 97 l. 22 sqq.

μετὰ δὲ δέκα ἔτη οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες, κληθέντες ἐπίγονοι, στρατεύειν ἐπὶ Θήβας προηροῦντο, τὸν τῶν πατέρων θάνατον τιμωρήσασθαι βουλόμενοι· καὶ μαντευομένοις αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐθέσπισε νίκην Ἀλκμέωνος ἡγουμένου. ὁ μὲν οὖν Ἀλκμέων ἡγεῖσθαι τῆς στρατείας οὐ βουλόμενος, ὅμως στρατεύεται λαβοῦσα γὰρ Ἐριφύλη παρὰ Θερσάνδρου τοῦ Πολυνείκους τὸν πέπλον συνέπεισε καὶ τοὺς παῖδας στρατεύεσθαι.

Sub fine autem distat Diodori narratio a bibliotheca, sed, cum longiore disputatione opus sit, qua demonstretur, etiam capitis 67 § 1 aliam non habere originem atque bibliothecae p. 98 l. 20—24, de hac re alio loco disseram [80]).

Deinde capitis 67 a § 2 usque ad § 7 Aeoli generis stemma pingitur notabile eo quod artificiosissime tres distinguuntur Aeoli.

[80]) Adnotem, me nimirum aliunde petitum esse putare, quae de Daphna Sibylla c. 66 § 6 et 7 leguntur. Cf. Ernesti Maas de Sibyllarum indicibus, Gryphiswald. 1879, p. 2, adnot. 4.

Quod e fonte, quem dicit genealogicum, manasse probabiliter statuit Otto Sieroka sicut c. 68—75, quae nos una cum capitibus 57—66 ab Apollodoro aliisque mythographis prope abesse demonstravimus. Accedit quod hoc caput 67 neque Dionysio attribuet quicumque nos admodum recte de eo disputasse concesserit, neque e Timaeo fluxisse quispiam putabit, cum l. V. c. 7 § 6, quod Timaei esse Carolus Müllenhoff[81]) evicit, Aeolus Hippotae filius insulas, quae Aeolides vocantur, tenuisse dicatur, hic autem (67 § 5) Aeolus Arnae et Neptuni filius. Hoc Diodori Aeolidarum stemma in bibliotheca quidem non legitur, inveniuntur autem in mythographorum fragmentis et eidem tres Aeoli et Boeoti stirps eodem modo explicata. Scholium enim *κ*. 2 exhibet hoc: »*ἄλλος δέ ἐστιν* (sc. *Αἴολος*) *ὁ Ἱππότου παῖς.*

| | |
|---|---|
| *ὁ δὲ Ἱππότης υἱὸς Μίμαντος· τρεῖς γὰρ Αἰόλους φασὶ γεγενῆσθαι,* | Diodor. 67 § 4: *Μίμαντος δὲ Ἱππότης γενόμενος.* |
| *πρῶτον τὸν τοῦ Ἕλληνος,* | § 3 . . . *Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος* |
| *δεύτερον τὸν ἐξ Ἱππότου καὶ Μελανίππης,* | § 4 . . . *Ἱππότης . . . ἐκ Μελανίππης ἐτέκνωσεν Αἴολον.* |
| *τρίτον τὸν ἐκ Ποσειδῶνος καὶ Ἄρνης.* | *τούτου δὲ Ἄρνη γενομένη θυγάτηρ Ποσειδῶνι μιγεῖσα ἔγκυος ἐγένετο . . . ἐγέννησεν Αἴολον καὶ Βοιωτόν . . .* |

Scholiasta autem ad B. 494 BL Boeoti genus sicut Diodorus describit hoc modo:

| schol. B. 494. | Diodor. 67. |
|---|---|
| *Ἄρνης τῆς Αἰόλου καὶ Ποσειδῶνος Βοιωτός, ἀφ' οὗ ἡ Βοιωτία,* | vide § 4; § 6: *παρέλαβε τῆς Αἰολίδος τὴν βασιλείαν· καὶ τὴν μὲν χώραν ἀπὸ τῆς μητρὸς Ἄρνην, τοὺς δὲ λαοὺς ἀφ' ἑαυτοῦ Βοιωτοὺς ὠνόμασεν.* |
| *οὗ Ἐτεωνός,* | § 7. *Βοιωτοῦ δὲ Ἴτωνος γενόμενος ἐτέκνωσεν υἱοὺς τέτταρας,* |
| *οὗ Ἀρηίλυκος, Ἀλεκτρύων, Ἵππαλκμος, Ἀλεγήνωρ.* | *Ἱππάλκιμον καὶ Ἠλεκτρύονα, ἔτι δὲ Ἀρχίλυκον καὶ Ἀλεγήνορα,* |
| *. . . Ἱππάλκμου Πηνέλεως,* | *τούτων δ' Ἱππάλκιμος μὲν ἐγέννησε Πηνέλεων,* |
| *. . . Ἀλεκτρύονος Λήιτος,* | *Ἠλεκτρύων δὲ Λήιτον,* |

[81]) Deutsche Altertumskunde I. p. 449 sq.

schol. B. 494.

. . . Ἀλεγήνορος Κλονίος,
. . . Ἀρηιλίχου Ἀρχεσίλαος καὶ Προθοήνωρ.

Diodor. 67.

Ἀλεγήνωρ δὲ Κλονίου,
Ἀρχίλυκος δὲ Προθοήνορα καὶ Ἀρχεσίλαον τοὺς ἐπὶ Τροίαν στρατευσαμένους ἡγεμόνας τῶν ἁπάντων Βοιωτῶν.

Vides, Diodorum et scholiastam eundem fontem descripsisse, nomina igitur, quae apud alterum traduntur, ex altero esse emendanda.

Ceteris Diodori fabulis perlustratis iam accedamus ad Herculis historiam, ac primum quidem de eius parergis, quae vocantur, agemus. Narrationem autem, quae inter duodecim Herculis labores et parerga legitur (c. 29, 30), de colonia Thespiadum in Sardiniam Iolao duce missa, neque ad Apollodorum respicere iam supra indicavimus, neque ad Timaeum pertinere Carolus Müllenhoff statuit. Tum vero capite 31 Diodorus pergit, Herculem, qui laboribus perfectis Megaram uxorem Iolao in matrimonium dedisset, ipsum Iolam Euryti Oechaliae regis filiam cupivisse, ab Euryto autem esse repulsum, quippe qui timuisset, ne Iolae et Herculis liberis idem contingeret, quod Megarae filii passi essent; quod prorsus eodem modo refert Apollodorus p. 67 l. 15—25, addito tamen claro sagittandi certamine, cuius praemium Eurytus filiam promiserat. Deinde Diodorus sicut scholiasta ad φ. 22 narrat, ab Hercule Iphitum, Euryti filium, qui equas patri abactas repetivisset, in altam turrem ductum subito esse deiectum. Quod autem historicus § 4 refert, reperitur in Aeliani variarum historiarum l. IV. 5, qui etiam finem historiae a Diodoro omissum servavit. Postquam frustra Deiphobus, Hippolyti filius, Herculem ab Iphiti sanguine purgavisset, heroem Delphis Apollinem consuluisse etiam Apollodorus p. 68 l. 6 et scholium E. 392 D bibliothecae propinquum exhibent. Deinde ab Hercule Omphalae servo Cecropes vinctos et Syleum interfectum esse Diodorus Apollodoro (p. 68 l. 20 sqq.) similiter narrat.

Caput 32 adcuratius contemplemur, cum praeclare ex eo liceat demonstrare, qua audacia Diodorus varios fontes commiscuerit. Ac primum quidem hoc capite cum bibliotheca comparato adparet, Diodorum etiam hic fonte illo mythographico usum esse, cuius vestigia plura apud Apollodorum indagavimus. Narrat enim

uterque, Herculem optimis heroibus collectis (c. 32 § 3 = bibl. p. 69 l. 5) octodecim navibus Troiam profectum (c. 32 § 2 = bibl. p. 69, l. 4), Oicleum apud naves reliquisse, ut ipse cum ceteris oppidum oppugnaret (§ 3 = l. 7)[82]. Laomedontem vero clam ad oram accelerasse, impetu facto Oicleum interfecisse (§ 3 = l. 9); tum Troia capta Telamonem ab Hercule praemium virtutis Hesionam accepisse, quippe qui omnium primus murum perfregisset (§ 5 = l. 12 sqq., l. 20).

Accedit autem hoc loco primo eiusdem fabulae testis, qui quamqam breviter quidem necessario omnia contraxit, tamen minime est contemnendus inter alias causas etiam propterea quod paene ad Diodori aetatem adscendit[83]: auctor inscriptionis tabulae Farnesianae, qui Dorica dialectu haud semper feliciter usus Herculis parerga celebravit[84]. Eius verba, quae huc faciunt, sunt haec

---

[82]) Male in Diodori textu legitur: »*τὸν Ἀμφιαράου υἱὸν Οἰκλέα.*« Aut Diodorus ut saepius erravit, quamquam c. 68 § 5 recte Oiclei prosapiam refert, aut cum Iacobo Palmero *Ἀμφιαράου* librarii vitio ex *Ἀντιφάτου* factum esse censendum est.

[83]) Augusti aetate fabricatae sunt tabulae, quae »Bilderchroniken« vocantur. Vide »Griechische Bilderchroniken, bearbeitet von Otto Jahn, beendet und herausgegeben von Adolf Michaelis«, p. 79 sqq. Quid de fabulis, quas exhibent, iudicandum sit, exposuit Udalricus de Wilamowitz: Homerische Untersuchungen p. 332 sq.

[84]) Tabulam Farnesianam (apud O. Jahn et Ad. Michaelis J) cum Apollodoro et Diodoro consentire iam Corsini cognovit: v. Bilderchroniken p. 84. Haud puto, recte Adolfum Michaelis dixisse (Bilderchroniken p. 84): »Übrigens nimmt jene Inschrift (J, die Prosainschrift auf den Pfeilern) durch ihren gemäfsigt dorischen Dialekt, welcher auch in der chronographischen Notiz der gleichen Tafel (l. 362 sqq.), nicht aber in den übrigen Inschriften derselben Tafel wiederkehrt, eine besondere Stelle ein. Natürlich ist diese Eigentümlichkeit auf die benutzte Quelle zurückzuführen . . .« Sed Doridem illius tituli non esse optimam ipse Michaelis in nota 435 p. 84 ostendit. Quod autem in adnotatione chronographica eadem Doris observatur, mihi demonstrare videtur, cum illae a mythographicis harum tabularum partibus sine dubio sint segregendae et eundem omnes originem prodant (v. Bilderchroniken p. 82), grammaticum e suo ingenio in titulo scribendo, qui Herculi dedicatam tabulam ornaret, doricas nonnullas formas adhibuisse, ut huius Doriensium herois facinora etiam Dorica dialectu referret et *εὐπίτειαν* quandam novicio operi obduceret. Rectissime igitur puto Zoegam (v. Bilderchroniken p. 85, not. 437) conclusisse, auctorem huius tituli Doriensem non fuisse. Iam vero sequitur, eas huius tabulae J inscriptiones, quae Doridem non sapiunt, eiusdem grammatici esse non posse, sed

(p. 69 l. 19 sqq.): »ἐσσάμενος δ' ἐν Τίρυνθι τέμενος Ἐνυαλίου, μετὰ Τελαμῶνος τε καὶ Πηλέως καὶ Οἰκλέως ἐπὶ Τροίαν στρατευσάμενος εἷλεν τὰν πόλιν, Λαομεδόντα καὶ τοὺς υἱοὺς ἀποκτείνας πλὰν Πριάμου· Τελαμών τε Ἡσιόναν ἔλαβεν τὰν Πριάμου ἀδελφάν, ἐξ ἃς Τεῦκρον υἱὸν ἔθετο« . . . Sed neque in tabula Farnesiana (v. p. 69 l. 14 sqq.) neque in bibliotheca legitur, Herculem Argonautarum socium primo Troiam venisse, monstro marino interempto Hesionam patri reddidisse, postea Troia capta Priamo regnum tradidisse, qui solus monuisset, ut Laomedo pater promissa praestaret. Quid vero quod Diodorus infra eadem haec in Scytobrachionis Argonauticorum epitoma narrat? Ne vero ulla restet dubitatio, ipse locos compares.

Diodor. IV. 49. 6: *. . . τόν τε γὰρ Λαομεδόντα (Ἡρακλέα) φονεῦσαι, καὶ τῆς πόλεως ἐξ ἐφόδου κρατήσαντα κολάσαι μὲν τοὺς μετασχόντας τῷ βασιλεῖ τῆς ἐπιβουλῆς, Πριάμῳ δὲ διὰ τὴν δικαιοσύνην παραδοῦναι τὴν βασιλείαν . . .*

Diodor. IV. 32. 4: *Ἡρακλῆς δὲ τὴν πόλιν ἑλὼν κατὰ κράτος καὶ πολλοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ κατασφάξας Πριάμῳ τὴν βασιλείαν ἀπέδωκε τῶν Ἰλιαδῶν διὰ τὴν δικαιοσύνην.*

IV. 49. 3: *καὶ τοὺς μὲν ἄλλους υἱοὺς ἔχειν τῇ πράξει συνεργούς, Πρίαμον δὲ μόνον ἐναντιοπραγοῦντα· τοῦτον γὰρ ἀποφήνασθαι δεῖν τὰ πρὸς τοὺς ξένους δίκαια τηρεῖν, καὶ τήν τε ἀδελφὴν καὶ τὰς ὡμολογημένας ἵππους ἀποδιδόναι.*

IV. 32. 5: *οὗτος γὰρ* (sc. *ὁ Πρίαμος μόνος τῶν υἱῶν τοῦ Λαομέδοντος ἐναντιούμενος τῷ πατρὶ τὰς ἵππους ἀποδοῦναι συνεβούλευσεν τῷ Ἡρακλεῖ κατὰ τὰς ἐπαγγελίας.*

Itaque quod in Argonauticis observavimus, iterum probatur: Diodorus e variis fontibus novam historiam contaminat prorsus eodem modo, quo scholiastas *ἱστορίας* fabricasse praeclare Eduardus Schwartz in scholiis Homericis demonstravit. Etiam Homeri versus (E. 638—642) repetuntur a Diodoro in Argonauticis c. 49 § 7. Utrum autem in mythographico Diodori fonte, quem fabularum discrepantias exhibuisse iam saepius intelleximus, adnotatum fuerit, secundum Homerum Herculem sex modo navibus Troiam venisse, an ipse historicus Homeri mentionem addiderit sicut III. 66. 3 = I. 15. 7 = IV. 2. 4, diiudicare nequeo.

---

statuendum est, ab alio postea esse additas (»in einer späteren Auflage«, cf. Jahn-Michaelis l. l. not. 430 p. 84). De undeviginti hexametris restituendis v. Udalr. de Wilamowitz in Kaibeli epigrammatum collectione sub numero 1082. Versus 1—13 etiam in codice Laurentiano ante Sophoclis Trachinias leguntur.

Sequitur Herculis contra Augeam expeditio. Atque consentit Diodorus cum bibliothecae auctore eo quod narrat, primum quidem non bene Herculi hoc bellum successisse[85]). Nonnullis interpositis § 3 pergit, Herculem Eurytum, Augeae filium, cum pompam Neptuno in Isthmum duceret, insidiis paratis subito adgressum ad Cleonas interfecisse; tum Elin expugnasse et Phyleo tradidisse regnum. Inde concludi potest, Eurytum Eleorum fuisse clipeum et praesidium, atque eum potissimum, quominus Hercules Elin caperet, impedivisse. Iam audiamus Apollodorum (p. 70 l. 6 sqq.): Augeas Eurytum et Cteatum geminos, qui in unum corpus concreti omnes tunc temporis mortales viribus superabant, duces constituit, Molionae et Actoris fratris sui filios. Atque cum Hercules morbo debilitatus indutias fecisset, Molionidae eius copias adgressi multos trucidaverunt. Postea autem, cum tertium ludi Isthmici celebrabantur, Hercules Eurytum Cteatumque, pompam Eleorum ducentes, insidiis paratis subito adgressus ad Cleonas interemit[86]); tum Elin cepit et Phyleo tradidit regnum[87]).

Vides, revera vix quidquam inter eos interesse. Nam stultus Diodorus, qui quantopere amet, fabulas ad communis vitae rationem redigere apertum est, mirificos illos Molionidas geminos Eurytum et Cteatum exstitisse non credidit, itaque, ut rem probabilem redderet, e geminis unum facturus Cteati nomen abiecit. Neglegentiae autem historici, quam iam nimis saepe observavimus, attribuendum esse puto, quod Eurytum Augeae filium, non eius fratris filium dicit.

Sed longum est, omnia singillatim perquirere. Ipse compares capitis 33 §§ 5, 6 de Spartae expugnatione, Hippocoontidarum, qui Licymnium interfecerunt, poena, Tyndarei reditu cum biblio-

---

[85]) Quod Diodorus IV. 33. 1 addit, Herculem Oleni Dexameni filiam ab Eurytione Centauro liberasse, legis in bibliotheca p. 58 l. 30 sqq. Distant vero in filiae nomine. Diodorus eam *Ἱππολύτην*, Apollodorus *Μνησιμάχην* adpellat. Hyginus fabula 31, 11 et 33 confundit hanc fabulam cum ea de Deianira.

[86]) Alium fontem et uberiorem quidem Pausanias V. 2. § 1 sq. de hac fabula in manibus habuisse videtur, cf. scholium ad Platonis Phaedonem 89. C.

[87]) Cum fine Diodori IV. 33. § 4 compara bibl. p. 58. l. 25 sqq.

thecae p. 71 l. 1—23[88]) et tabula Farnesiana p. 71 l. 51—62. Tum Diodorus sicut Apollodorus narrat, Sparta capta Tyndareoque rege facto Herculem Augam Alei filiam Tegeae (in Arcadia dicit Diodorus) devirginasse.

De Auga vero Diodori narratio cum Alcidamante fere consentit, qui de Ulixe p. 185 Sophoclis Aleadas sectari putatur[89]). Sed quaestiones de Augae et Telephi fabulis cum difficillimae sint tractatu, praetereo qui sani nihil proferre possim. Atque Augam a Nauplio traditam esse Teuthranti Mysiorum regi, qui eam in matrimonium duxisset, Telephum autem a Corytho educatum, oraculo Delphis petito matrem invenisse et Teuthrantis regnum accepisse Diodorus eodem modo narrat, quo Apollodorus (p. 102 l. 15—22, cf. p. 71 l. 25 sqq.).

De Oenei stirpe, quae a Diodoro capitibus 34 et 35 tractatur, cum iam supra egerimus, cognoscimus, de Herculis cum Acheloo flumine in taurum converso pugna et cornu ei abrupto Diodorum idem referre 35 § 4, quod Apollodorus p. 72 l. 7—10, Hyginus fabula 31, 7. Atque sicut Hyginus etiam Strabo X. p. 458 s. f. historicus Acheloi cornu et cornu Amaltheae idem fuisse dicit, Apollodorus autem narrat, Herculem cornu Acheloi reddito Amaltheae cornu accepisse. Tum Hercules, Ephyra, Thesprotorum oppido, capta ex Astyocha Phylantis filia Tlepolemum procreat et apud Diodorum 36. 1 et in bibl. p. 72 l. 16[90]). Sequuntur IV. 36. 2—5

---

[88]) Hyginus fabula 31, 8 confundit Nelei fabulam cum Hippocoontis. Ceterum in Diodori IV. 33. 6 pro *δέκα υἱοί* scribendum erat *εἴκοσι*, praesertim cum paucis ante Hippocoonti viginti filios fuisse adnotaverit, nisi vererer, ne Diodorus *δέκα* scripsisset, Hygini verborum memor: »Neleum Hipocoontis filium cum decem filiis occidit.«

[89]) Certe Alcidamantis de Auga narrationis finem (*Ναύπλιος*) »*καὶ τὸ παιδίον εἰς Μυσίαν Τεύθραντι τῷ βασιλεῖ*« (*ἀπέδοτο*) a Sophoclis Aleadis alienum esse Aelianus n. a. VII. 39 docet, v. frg. 87 Nauck. — Telepho nomen adhaesisse ex eo quod *θηλὴν ἔλαφος* ei praebuit, Diodorus 33, 11, Apollodorus p. 72 l. 1 et p. 102 l. 17, Hyginus fab. 39 itidem tradunt fortasse ex Euripide: v. Udalr. de Wilamowitz Analect. Eurip. p. 190 n. 6.

[90]) Utrum rectum sit Ephyrae regis nomen Phylas, necne dubito. Diodorus enim IV. 37. 1 *Φύλαντα* Dryopum regem nominat, quod probatur tabula Farnesiana (Jahn-Michaelis: griechische Bilderchroniken p. 71, l. 270). Astyochae

Herculis cum Deianira nuptiae, Eunomi mors[91]), Nessi Centauri scelus et poena; quae eodem et modo et ordine narrata legis in bibl. p. 72 l. 22 — p. 73 l. 10 et partim quidem in Hygini fabulis 31, 10 et 34. De Dryopibus[92]) distat Diodorus (37, 1) ab Apollodoro (p. 73 l. 11), sed uterque narrat, Herculem ad Ceycem Trachinium venisse, e Deianira tres procreasse filios[93]), Herculem Doriensium regi Aegimio contra Lapithorum regem Coronum auxilium tulisse, Cycnum Martis filium necasse, Ormenii regem Amyn-

---

pater *Φύλας* in bibl. bis p. 72, l. 17 et p. 76, l. 3 legitur, *Φυλεύς* vero, quem Diodorus nominat, Augeae filius est: Diodor. IV. 33. 4 = bibl. p. 70 l. 22, p. 58. l. 25, 29.

[91]) *Εὔνομος* exhibet bibl. p. 72 l. 24, *Εὐρύνομος* Diodorus IV. 36. 2. Nimirum idem est nomen; *Εὔνομος* nominis recta videtur esse forma. Nam ita etiam legitur in Athenaei IX. p. 411 A ex Herodori septimo decimo libro de Hercule adlatum. *Κύαθον* eundem nominat schol. Apoll. Rhod. I. 1212, quod, cum miro modo cum Diodoro, Apollodoro, Hygino consentiat, ex eodem fonte partim quidem manasse statuendum est. Vide de pueri illius nominum varietate Athenaeum l. l.

[92]) Cum Diodoro cf. Paus. IV. 34. 9. In tabula Farnesiana p. 71 l. 68 sqq. res perturbata est, si recte, ut mihi quidem videtur, collatis Diodori 37 § 4 et bibl. p. 76 l. 4, Corsini emendavit et restituit sic: »*ἐκ τῆς θυγατ[έρος α]ὐτοῦ* (scilicet Phylantis Dryopum regis) [*Ἀστυδα*]*μείας* (*ΜΙΔΑΣ* tabula) *υἱὸν ἔθετο Κτήσιππον.*« Nam Astydamiam Phylantis filiam esse nusquam legitur.

[93]) Diodor. IV. 37. 1: »*ἐτέκνωσε δὲ* (sc. *ὁ Ἡρακλῆς*) *καὶ ἐκ τῆς Δηιανείρας νεωτέρους τοῦ Ὕλλου υἱοὺς δύο, Γληνέα καὶ Ὀδίτην.* bibl. p. 75 l. 24: (*Ἡρακλεῖ ἦσαν ἐκ*) . . . *Δηιανείρας μὲν τῆς Οἰνέως Ὕλλος, Κτήσιππος, Γλῆνος, Ὀνήτης,*« quorum *Κτήσιππος* aperte interpolatus est, quippe qui p. 76 l. 4 recte Astydamiae filius dicatur. Nomina *Γλῆνος* et *Γληνεύς* atque *Ὀνήτης* et *Ὀδίτης* eadem esse nemo negabit. In Hygini fabula 162 inter Herculis filios, postquam »Hyllus ex Deianira« primo loco nominatus est, reperitur nomen »Euhenos«, quod mihi ita ortum esse videtur: *ΓΛΗΝΟΣ = ΕΥΗΝΟΣ.* Etiam Hygini *ΟΦΙΤΗΣ* melius mihi videtur cum *ΟΔΙΤΗΣ* Diodori et *ΟΝΙΤΗΣ* Apollodori (*Ὀνήτης* per Itacismum ortum) coniungi, quam in *ΔΙΟΠΙΘΗΣ* mutari, ut Mauritius Schmidt suasit et fecit comparans mythographum codicis Medicei ab Antonio Westermann et in paradoxographis p. 219 et in mythographis p. 345 editum, qui unde nomina Herculis liberorum *Ἀλχμαῖος* et *Διοπείθης* sumpserit, nescio. Ceterum adnotandum mihi est, et Glenum in schol. Pind. Isthm. IV. 104 et Ophiten in fabula Hygini 32, Oniten in Schol. Lycophr. 38 inter Megarae filios enumerari. Vides etiam in his, ut in omnibus horum compendiorum nominum indicibus, terribilem esse perturbationem.

torem [94]) obiurgasse, ex eius filia Astydamia genuisse Ctesippum (= bibl. p. 76 l. 4), dein Arcadibus sociis adsumptis Oechaliam cepisse, Eurytum cum filiis interemisse [95]), Iolen captivam in Cenaeum Euboeae promunturium abduxisse, Licham interfecisse, qui vestem a Deianira inscia Nessi cruore tinctam attulisset, Philoctetae Poeantis filio [96]), qui rogum accendisset, donasse arcum, denique inter deos receptum Heben duxisse in matrimonium. Ad verbum paene Diodorus et Apollodorus congruunt, modo alter modo alter hoc aut illud sive addens sive omittens. Compara etiam Hygini fabulas 35, 36.

Multa verba facere non opus: similitudo et propinquitas, quae inter Diodori capita 29—39 libri IV paucis modo demptis et bibliothecam intercedit, tanta est, ut minus quisquam miretur, quod eodem fonte utrumque usum esse statuo, quam quod nemo adhuc, quantum equidem scio, rem pronuntiavit, quae est manifesta.

Restant ipsi Herculis labores. Quoniam vero in his non cum Diodoro nobis rem esse sed cum Matride supra c. III Holzero duce docuimus, decimi laboris autem narrationem maxima ex parte Timaei esse vidimus, iamiam ad c. 25 sqq. accedamus. Atque Orphei mentionem, quam haud apte Diodorus capitis 25 § 2—4 facit, cum eis, quae libri III c. 67 § 2—4 Diodorus dixit, cohaerere

[94]) Iterum neglegentiae Diodori exemplum se offert. Dicit enim Astydamiae patrem Ormenium, quamquam Amyntoris nomen ei fuisse non solum Apollodorus p. 73 l. 27 tradit, sed etiam Pindarus (Olymp. VII. 24) et Hesiodus (schol. Pind. Ol. VII. 42, frg. 134 Rzach). Quomodo autem Diodori error ortus sit, facile intelligitur. Nam ab Apollodoro docemur, Amyntorem Ormenii fuisse regem. Itaque oppidi nomen cum regis nomine neglegenter commutavit.

[95]) In praeclaro scholio ad Sophoclis Trachin. v. 266, quod de Eurytidarum numero docte agit, Aristocrate teste tres hi adscribuntur: *Τοξεύς Κλύτιος Δηιονεύς*. Quoniam Toxeus et Clytius reperiuntur apud Diodorum, fortasse *ΜΟΛΙΟΝΕΑ*, quod nomen inter duo illa legitur, mutandum est in *ΔΗΙΟΝΕΑ*.

[96]) Hic Apollodori deprehendimus peccatum. Hercules enim Philoctetae ipsi arcum dedit. False igitur bibl. p. 74 l. 25 Poeantem Philoctetae patrem eum accepisse narrat. Nam hic doctrinam non errorem latere, persuadere mihi non possum.

iam adnotavimus. Ipse autem Herculis ad inferos descensus Apollodoro haud dissimiliter refertur: nam Herculem antea Eleusine mysteriorum participem factum esse etiam in bibliotheca legimus p. 66 l. 15 sqq. et una cum Cerbero Theseum et Pirithoum ad superos reduxisse, ut Diodorus ita Hyginus fabula 79 tradit. Ac Diodorus, qui herois in deorum hortos ad Hesperides expeditionem referret, fontem mythographicum adiit, cuius frustula in Apollodori Hyginique compendiis et scholiis deprehendimus. Antequam autem ad Diodori narrationem illam accedamus, bibliothecae p. 64 l. 9 — p. 66 l. 8 cum scholio ad Apollon. Rh. IV. 1396 comparemus. Iam enim Carolus Robert[97]) animadvertit, ea quae scholiasta e Pherecyde profert, cum Apollodoro saepius bene consentire; sed monendum est, modo Apollodorum, modo scholiastam addere nonnulla, quae alter omittat. Eadem verum etiam doctrinae frustula ab utroque adsperguntur. Legimus enim in bibliotheca p. 64 l. 11 sqq. (sicut etiam in Hygini fabula 30, 11 et p. 12 l. 20 sq. ed. M. Schmidt), draconem, qui Hesperidum mala servavisset, filium fuisse Typhonis et Echidnae, centum capita habuisse, multis variisque linguis esse usum. Prorsus idem legitur in scholio Apolloniano p. 524 l. 1 sq.: »*ἐφύλασσεν δὲ αὐτὰ ὄφις ὁ Τυφῶνος καὶ Ἐχίδνης, ἔχων κεφαλὰς ἑκατὸν καὶ φωνὰς παντοίας*, postquam iam initio p. 522 l. 25 draconem Typhonis filium fuisse ex Hesiodo adnotatum est. Hesiodo autem laudato affert scholiasta Agroetae interpretationem fabulae, quem *μῆλα* illa in Libya dixisse ex eo concludi licet, quod de hac fabula in libro III de Libycis egit. Num igitur veri est dissimile, Apollodori verba p. 64 l. 10: »*ταῦτα* (scilicet: *τὰ χρυσᾶ μῆλα*) *δὲ ἦν, οὐχ ὥς τινες εἶπον ἐν Λιβύῃ*« ad eundem illum Agroetam respicere? Iam vide, quod Diodorus c. 26 § 2 refert. Quod primo loco narrat: »*καί τινες μέν φασι ἔν τισι κήποις τῶν Ἑσπερίδων ὑπάρξαι κατὰ τὴν Λιβύην*[98]) *μῆλα χρυσᾶ, τηρούμενα συνεχῶς ὑπό τινος δράκοντος φοβερωτάτου*« reperis in bibliotheca p. 64 l. 9 sqq.: »*ἐπέταξεν αὐτῷ Ἑσπερίδων χρυσᾶ μῆλα κομίζειν . . . ἐφύλασσε δὲ αὐτὰ δράκων*

[97]) Vide Carol. Robert: de Apollodori bibliotheca p. 67.

[98]) Diodorus igitur neglegenter Libyae mentionem ex altera fabulae forma in alteram traiecit.

ἀθάνατος« κτλ. Secundam legis in scholio illo ad Apolloni Rhodi IV. 1396, quod ex Apollodori fonte fluxisse statuimus[99]).

Diodor. IV. 26. 2, 3.

... τινὲς δὲ λέγουσι ποίμνας προβάτων κάλλει διαφερούσας κεκτῆσθαι τὰς Ἑσπερίδας, χρυσᾶ δὲ μῆλα ἀπὸ τοῦ κάλλους ὠνομάσθαι ποιητικῶς, ὥσπερ καὶ τὴν Ἀφροδίτην χρυσῆν καλεῖσθαι διὰ τὴν εὐπρέπειαν (ἔνιοι[100]) δὲ λέγουσι πρόβατα τὴν χρόαν ἰδιάζουσαν ἔχοντα καὶ παρόμοιον χρυσῷ τετευχέναι ταύτης τῆς προσηγορίας) Δράκοντα δὲ τῶν ποιμνίων ἐπιμελητὴν καθεσταμένον, καὶ ῥώμῃ σώματος καὶ ἀλκῇ διαφέροντα, τηρεῖν τὰ πρόβατα καὶ τοὺς λῃστεύειν αὐτὰ τολμῶντας ἀποκτείνειν.

schol. Apollon. Rh. IV. 1396.

... Ἀργοῖτας δὲ ἐν γ' Λιβυκῶν φησὶ μὴ μῆλα, ἀλλὰ πρόβατα κάλλιστα, ἃ χρυσᾶ ὠνομάσθη.

ἔχειν δὲ ταῦτα ποιμένα ἄγριον, ὃν διὰ τὸ ἀνήμερον Δράκοντα ὠνομάσθαι.

Deinde quod § 4 c. 26 Diodorus narrat, invenimus in adnotatione bibliothecae p. 66 l. 5:

Diodor. IV. 26. 4.

ὁ δ' Ἡρακλῆς τὸν φύλακα τῶν μήλων ἀνελών,
καὶ ταῦτα ἀποκομίσας πρὸς Εὐρυσθέα
...

bibl. p. 66. l. 3 sqq.

ἔνιοι δέ φασιν οὐ παρὰ Ἄτλαντος αὐτὰ (sc. τὰ χρυσᾶ μῆλα) λαβεῖν, ἀλλὰ αὐτὸν δρέψασθαι τὰ μῆλα κτείναντα τὸν φρουροῦντα ὄφιν· Κομίσας δὲ τὰ μῆλα Εὐρυσθεῖ ἔδωκεν.

Tum vero capite 27 sequitur mirabilis alia de Hesperidibus vel Atlantidibus historia, quae interrumpitur § 3. Nam verba (c. 27, § 3 s. f.): »τοὺς δὲ λῃστὰς ἐν κήπῳ τινὶ« κτλ arte cohaerent cum verbis, quae antecedunt c. 27 in § 2 s. f.: »διὸ καὶ λῃστὰς

---

[99]) Ceterum persimilem interpretationem fabulae invenis in Palaephati libro: περὶ ἀπίστων 19, ed. Westermann p. 284; cf. etiam Heraclitum: περὶ ἀπίστων 20. Quod quamquam Holzeri sententiam corroborare videtur, qui p. 21 n. 10 dicit: »Bei Gleichheit oder Ähnlichkeit solcher Notizen zumal euhemeristischer Erklärungsversuche, auf Quellenbenutzung zu schliefsen, würde bei der Lückenhaftigkeit unserer Traditon zu seltsamen Dingen führen,« tamen hoc loco Diodorum Agroetae interpretationem vel historiunculam una cum fabula ex eodem fonte descripsisse veri simile duco.

[100]) Sic esse interpungendum adparet. Nam scholiasta Apollonianus demonstrat, etiam Dracontem pastorem ad Agroetam pertinere; quod Diodorus addit: ἔνιοι δὲ λέγουσι . . ., secunda interpretatio est attributi χρυσᾶ.

*κατὰ θάλατταν ἀποστείλαντα διακελεύσασθαι τὰς κόρας ἁρπάσαι καὶ διακομίσαι πρὸς ἑαυτόν.*« Quin autem ea, quae § 3 referuntur, cum bibliotheca cohaereant, nemo dubitabit, qui ea cum bibliotheca et Hygino comparaverit.

| Diodor. IV. 27. 3. | bibl. p. 64. l. 24 sqq. |
|---|---|
| *κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν Ἡρακλέα τελοῦντα τὸν ὕστατον ἆθλον Ἀνταῖον μὲν ἀνελεῖν ἐν τῇ Λιβύῃ τὸν συναναγκάζοντα τοὺς ξένους διαπαλαίειν,* | *... Λιβύην διεξῄει· ταύτης ἐβασίλευε παῖς Ποσειδῶνος Ἀνταῖος, ὃς τοὺς ξένους ἀναγκάζων παλαίειν ἀνῄρει· τούτῳ παλαίειν ἀναγκαζόμενος Ἡρακλῆς ἀράμενος μετέωρον ἅμμασι κλάσας ἀπέκτεινε.* |
| *Βούσιριν δὲ κατὰ τὴν Αἴγυπτον τῷ Διὶ σφαγιάζοντα τοὺς παρεπιδημοῦντας ξένους τῆς προσηκούσης τιμωρίας καταξιῶσαι.* | p. 65. l. 1 sqq.: *μετὰ Λιβύην δὲ Αἴγυπτον διεξῄει ... ταύτης ἐβασίλευε Βούσιρις, Ποσειδῶνος παῖς ... οὗτος τοὺς ξένους ἔθυεν ἐπὶ βωμῷ Διὸς, κατά τι λόγιον ... Ἡρακλῆς τόν τε Βούσιριν ... ἀπέκτεινε.* |
| *μετὰ δὲ ταῦτα ἀνὰ τὸν Νεῖλον πλεύσαντα εἰς τὴν Αἰθιοπίαν τὸν βασιλεύοντα τῶν Αἰθιόπων Ἰμαθίωνα κατάρχοντα μάχης ἀποκτεῖναι ...* | p. 65. l. 18: *παριὼν δὲ Αἰθιοπίαν*[101] *Ἰμαθίωνα κτείνει παῖδα Τιθωνοῦ.* |

Unde autem Diodorus historiam de Atlantidibus aut Hesperidibus sumpserit, diiudicare nequeo. Adnotaverim modo haec. Atlantides et Hesperides esse easdem, sicut Diodorus IV. 27. 2 tradit scholiasta ad Euripidis Hippolyti v. 742, cuius prima pars mihi per errorem e Pherecydis narratione orta esse videtur, quam exhibent schol. Apollon. Rhod. p. 522 l. 31, bibl. p. 64 l. 24. Eandem autem Atlantis caeliferi fabulae interpretationem, quam Diodorus IV. 27. 4 profert, legis in Aeliani fragmento 207 (Hercher) et in Heracliti libro *περὶ ἀπίστων* 4. Sed monendum est, eam e Dionysio Scytobrachione non fluxisse, ex quo similia quidem Diodorus l. III c. 60 protulit. Nam l. III c. 60 septem Atlantides sunt filiae Atlantis, Croni fratris, Urani filii et sorores Hesperi, l. IV. c. 27

[101]) *Ἀραβίαν* codd. Heyne in observatione ad Apollodor. p. 173 adnotatione: »dubitavi quoque,« inquit, »an non *Ἀραβίαν* corruptum sit, et fuisse scriptum *Αἰθιοπίαν*, in ea enim Tithoni filius bene collocari potest.« Accedit, quod tabula Farnesiana, cuius titulum Apollodoro et Diodoro propinquum esse iam saepius vidimus, exhibet (p. 73 l. 325 Iahn-Michaelis): »*εἰς Αἰθιο[πίαν] ἦλθε καὶ Ἰμαθίων[α ἐφό]νευσε τὸν (τοῦ) Λαομέ[δοντ]ος υἱὸν Τιθωνο[ῦ ...*«

autem Atlas dicitur ex Hesperitide, Hesperi filia, septem filias, quae Hesperides aut Atlantides nominentur procreasse.

De capite 28 denique breviter adnotem, etiam in tabula Farnesiana Amazonum in Atticam invasionem inter Herculis facinora enumerari (p. 73 l. 114 sqq.), quacum quidem Diodori narratio non consentit. Vide quae Maximilianus Wellmann de fabula illa, qualem Diodorus refert, breviter monuit p. 84 nota 84.

## CAPUT V

# DE COMPENDIO FABULARIS HISTORIAE DIODORO ANTIQUIORE

Perlustratis Diodori mythographicis, quamquam non omnibus locis quaestiones feliciter ad finem perducere licuit, tamen nonnulla mihi effecisse videor ad Diodori compilandi rationem melius intelligendam et ad fontes paullo accuratius cognoscendos, quibus in libro IV usus est. Demonstravimus enim, historicum non modo non diligenter auctores suos describere, verum etiam ne pure quidem referre, quod excerpsit, sed saepe aliunde interpolare, quod ei aptum videtur, modo tacite, modo additis verbis: »ἔνιοι δὲ« aut similibus, atque fabulas inter se oppositas contaminare, ut evaderet historia, quae una et continua videtur. Neque valde vituperandus est, si modo ab eius parte rem consideramus. Persuasit enim sibi, revera heroes vixisse et magna facinora, ut homines adiuvarent, perfecisse; ait enim ex. gr. IV. 1, 2: »*μέγιστα γὰρ καὶ πλεῖστα συνετελέσθησαν πράξεις ὑπὸ τῶν ἡρώων τε καὶ ἡμιθέων καὶ πολλῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἀνδρῶν· ὧν διὰ τὰς κοινὰς εὐεργεσίας οἱ μεταγενέστεροι τοὺς μὲν ἰσοθέοις, τοὺς δ' ἡρωικαῖς θυσίαις ἐτίμησαν, πάντας δ' ὁ τῆς ἱστορίας λόγος τοῖς καθήκουσιν ἐπαίνοις εἰς τὸν αἰῶνα καθύμνησεν.*« Cum autem videret, multa incredibilia referri et multa ab aliis aliter narrari, pessime antiquissimam illam historiam traditam esse concludebat, igitur historici esse, et incredibilia ad communis vitae

rationem detorquere et e variis fabulis atque saepe inter se oppositis eligere eas, quae summam veri similitudinis speciem prae se ferrent. Itaque quo erat stupore, saepius optimos fontes duxit narratiunculas, quae ab Euhemeri aemulis ad delectandos lectores excogitata erant. Quoniam autem unam et veram historiam scribere sibi proposuerat, non potuit non corrigere, quae e variis auctoribus compilaverat, ubicumque sensit alterum ab altero abhorrere, atque aliunde addere, quod ei mentione dignum videbatur.

Tum vero certis terminis definivimus, quae Dionysio Timaeo Matridi attribuenda sunt. Deinde magna libri IV parte, quae restabat, perlustrata non modo eas Diodori fabulas (c. 67—75), quas Otto Sieroka ad unum fontem pertinere cognovit, cum Apollodoro et aliis mythographis arte cohaerere, sed etiam praeter eas non pauca capita genealogiarum quamvis rara vestigia servasse et Apollodoro imprimis similia non posterorum commenta, sed veras fabulas antiquas breviter referre longiore disputatione ostendimus[102]). Itaque cogimur ut statuamus, Diodorum fabulas, quas capite IV significavimus, ex eodem compendio fabularis historiae Apollodori bibliothecae propinquo descripsisse, unde generum stemmata et fabulas, quae c. 67—75 leguntur, manasse Otto Sieroka pronuntiavit.

At false conclusimus, si recte contenderunt Maximilianus Wellmann et Eduardus Schwartz, Diodorum usum esse Hellanico aut ipso aut ab Istro excerpto et Euripidis Phoenissarum prologo. Necesse igitur est, contra viros illos doctos pugnemus.

Ac Maximilianus Wellmann[103]) quidem, quod censet, non diserte dixit: sed cum Diodori IV. c. 61 § 4—7 Hellanico vindicet, facile quis colligat, virum doctum sibi persuasisse, historicum Hellanici Atthidem manibus trivisse aut Istri *συναγωγὴν Ἀτθίδων*, cum demonstret, Pausaniam, qui I. 22. 5 fabulas de Ariadnae raptu

---

[102]) Inveniuntur quidem nonnullae fabulae ad communis vitae rationem detortae et in capitibus 67—75: velut Tithoni fabula (75 § 4) et in eis capitibus, quae capite IV huius disputationis tractavimus, velut Molionidarum fabula (33, § 3, 4). Sed Diodorum ipsum ita has fabulas mutasse non sine probabilitate coniecimus.

[103]) De Istro Callimachio, diss. Gryphisw. 1886 p. 93.

Aegeique morte eodem modo profert quo Diodorus, Istri Callimachii copias excussisse. At erravit professus, veri esse simile, Diodorum illas fabulas secundum Hellanicum narrasse. Plutarchus enim in Thesei vitae c. 19 adnotat, Hellanicum dixisse, Thesеum omnium primum a Minoe esse abductum, qui Minotauro proiceretur. Sed apud Diodorum, postquam Minoem iussisse nono quoque anno septem pueros septemque puellas Minotauro ab Atheniensibus mitti secundum plurimos scriptores (v. Plut. v. Thesei c. 15) narratum est, Theseus neque a Minoe eligitur neque primus omnium abducitur, sed legimus: »*διελθόντων δὲ ἐτῶν ἐννέα πάλιν ὁ Μίνως ἦλθεν εἰς τὴν Ἀττικὴν μετὰ μεγάλου στόλου, καὶ τοὺς δὶς ἑπτὰ κόρους ἀπαιτήσας ἔλαβε.*« Maximilianus Wellmann, qui bene sensit, discrepare scriptores, contendit, evanescere difficultatem: ait enim, cum »apud Hellanicum posthac legatur: *πρότερον μὲν οὖν οὐδεμία σωτηρίας ἐλπὶς ὑπέκειτο· διὸ καὶ μέλαν ἱστίον ἔχουσαν . . . τὴν ναῦν ἔπεμπον· τότε δὲ τοῦ Θησέως τὸν πατέρα θαρρύνοντος . . . ἔδωκεν ἕτερον ἱστίον λευκόν*, adparere ex Hellanici sententia iam semel sive bis Minoi tributum solutum esse, cum Theseus in Cretam adduceretur.« At, quae attulit, verba non sunt Hellanici, sed ipsius Plutarchi narratio pergit inde a verbis: »*πρότερον μὲν οὖν*«, quae arte cohaerent cum verbis: »*ἀπεκλήρωσε τοὺς ἄλλους παῖδας*«; atque bene consentit illud »*πρότερον*« cum capitis initio: »*ἐπεὶ δ' οὖν καθῆκεν ὁ χρόνος τοῦ τρίτου δασμοῦ*«. Interrumpitur autem haec oratio adnotata alia fabulae forma ab Hellanico tradita, quae oratione obliqua refertur. Itaque Diodorus cum Hellanico non consentit nisi eo, quod uterque dicit, Minoem ipsum Athenas venisse, qui praedam abduceret. Cum autem praeterea ab ipsius Plutarchi narratione (c. 17) nulla re abhorreat, veri videtur simile, Diodorum in fonte suo duas illas fabulae formas, quas seorsim descripsit Plutarchus, itidem invenisse, sed negligenter contaminasse.

Si igitur recte Maximilianus Wellmann statuit, Plutarchum in vita Thesei, Pausaniam in libro I, Apollodorum et Hyginum in Athidum e thesauris ab Istro coactis multa adripuisse, sequitur, etiam in Diodori Atticarum fabularum narratione eiusdem docti Callimachii vestigia inesse, quoniam Siculus et cum Plutarchi Thesei vitae c. 17 atque Pausania (I 22. 5) et in Ariadnae raptu Aegeique morte referendis cum Pausania Apollodoroque et in aliis fabulis

Atticis cum bibliotheca consentit. Sed cum Georgio Knaack[104]) facio, qui dubitat, num revera Apollodorus, qui dicitur, et Hyginus Istri magnum opus ante oculos habuerint, atque addo, vel Diodorum id ipsum certe non inspexisse. Cum enim Diodorus non solum in Atticis fabulis, verum etiam in aliis multis referendis cum Apollodoro aliisque mythographis consentiat, cogitari non potest Atticas fabulas ad eos alia via pervenisse quam ceteras, sed adparet, omnes fabulas, quae ab historico et a mythographis eodem modo narrantur, in uno eodemque compendio esse lectas. Itaque in hius compendii auctorem, qui ante Diodorum vixit, transferendum est, quod docte Maximilianus Wellmann de Apollodoro et Hygino disseruit.

Ipsius Euripidis versus Diodorum, qui Thebanas fabulas componeret, inspexisse Eduardus Schwartz pronuntiavit. In sagaci enim de scholiis Homericis dissertatione p. 450 sqq., postquam Diodorum (64) in Oedipodis fabula enarranda paene ad verbum Euripidis Phoenissarum prologum sequi, Apollodori autem et Hygini narrationes ex eodem prologo Euripidis et paucis locis Oedipodis Regis Sophocleae compositas esse rectissime observavit, ea vero quae de Sphinge Diodorus, Apollodorus, Hyginus tradunt, non quidem in ipsis Euripidis versibus, sed in scholiis eorundem legi multaque alia, quae in bibliotheca reperiuntur, itidem a scholiastis ad Phoenissas adnotata esse vidit; et Diodorum et mythographos una cum Euripideis versibus etiam scholia descripsisse statuit, atque etiam ea, quae propria sunt bibliothecae, velut Periboeae nomen, rixam Oedipodis Laique, Lai funus, Musas Sphingis magistras, omnia in Phoenissarum scholiis quondam exstitisse. At ipse Eduardus Schwartz cognovit, Amphiarai exitum a Diodoro (65, 5) et

---

[104]) Deutsche Litteraturzeitung 1886, No. 30, p. 1060: ». . . Die so allmählich gewonnenen Resultate verwendet der Verf. im Kapitel 3, um auch in Apollodor und Hygin (fab) gröfsere auf den attischen Sagenkreis bezügliche Partien auf Istros zurückzuführen — trotz alles aufgewendeten Scharfsinns nicht mit dem gleichen Erfolge. Das glücklicherweise etwas ausführlicher erhaltene Fragment über Prokris stimmt doch nicht so mit dem dürftigen Bericht Apollodors, dafs man eine direkte Entlehnung anzunehmen gezwungen ist. Da Istros von Mythographen, die Apollodor näher lagen, wie Dionysios Skytobrachion, ausgeschrieben ist, so dürfte hier, wie im Hygin nur mittelbare Benutzung anzunehmen sein.«

ab Apollodoro prorsus eodem modo narrari; ipse intellexit, totam belli Thebani narrationem ex uno eodemque scriptore a Diodoro esse desumptam (p. 453 n.); ipse professus est et a Diodoro et ab Apollodoro et ab Hygino Oedipodis fabulam secundum Euripidem imprimis referri atque eadem adnotari; adde nos multas fabulas generumque stemmata apud Diodorum et in bibliotheca eadem reperisse: nonne admodum probabilitate caret sententia, quae cogit, ut accipiamus, solum ad Oedipodis sortem explicandam Diodorum alium fontem adiisse, et editionem quidem Phoenissarum scholiis instructam, atque idem fecisse in eadem fabula mythographos? Accedit, quod non omnia, quae aut Diodorus aut Apollodorus Euripidis versibus addit, in scholiis, qualia quidem nunc tenemus, indagantur. Nam scholiasta (ad v. 50 et 1506) adnotat: »διεσπάραξεν ἑαυτὴν ἡ Σφίγξ«, Diodorus autem: . . . »(τὴν Σφίγγα) ἑαυτὴν κατακρημνίσαι«, Apollodorus »ἡ . . . Σφὶγξ ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἑαυτὴν ἔρριψεν«, Hyginus: »illa se praecipitavit.« Ne autem quis coniciat, umquam etiam hanc Sphingis mortem in Phoenissarum commentario fuisse. Nam antequam non demonstratum sit, Diodorum et Apollodorum praeter Euripidis versus et scholia iis adpicta nullum fontem adhibuisse, haud licet talia concludere. Itaque adparet, meram esse coniecturam atque fundamento carentem, quae Eduardus Schwartz de scholiis Phoenissarum ex Apollodoro restituendis pronuntiavit.

Tum vero nondum constat, ante Diodori aetatem iam fuisse Phoenissarum commentarium, quod fabularum discrepantias adnotasset. Nullum enim talis commentarii vestigium invenitur, nisi forte ζήτημα ad v. 44 affertur; quod sane esset mirabile, si fuisset quondam, praesertim cum ὑπόμνημα, quod ad Oedipodem Coloneum eruditissimus quidam scripsit, non parvis praeclaris fragmentis iam nunc cognoscatur, neque desint veterum commentariorum vestigia in scholiis Homericis aut Apollonianis. Veteres vero hos doctos ὑπομνηματιστάς non fabularum varietates cumulasse, sed ad ipsam rem interpretandam, utpote qui veri fuerint philologi, breves notas adscripsisse infra evincere conabimur.

Denique quamquam tota Diodori de Oedipode narratio cum Phoenissarum prologo, si in universum spectas, consentit atque vel eadem verba saepius apud Diodorum inveniuntur, quae in Euripidis versibus legimus, tamen, etiamsi non aliae causae me move-

rent, solum Diodori verbis cum Euripidis prologo comparatis dubitarem, num historicus ipsum Euripidem ante oculos habuisset. Ne enim Diodori errorem, qui dicit: »Ἰοκάστην τὴν Κρέοντος, urgueam, quamquam nemo umquam sic errare potuit, qui versus legit:

»ἐγὼ δὲ παῖς μὲν κλῄζομαι Μενοικέως,
Κρέων τ' ἀδελφὸς μητρὸς ἐκ μιᾶς ἔφυ«,

qui factum est, ut Diodorus, qui Euripidis prologum in orationem pedestrem convertisse dicitur, scriberet: »ἐπιλαθόμενος τοῦ χρησμοῦ (sc. Λάιος)«, si Euripidis versum 21 inspexisset:

»ὁ δ' (sc. Λάιος) ἡδονῇ δοὺς εἴς τε βακχεῖον πεσὼν
ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα«?

ut diceret: »ὁ μὲν Λάιος[105]) ὑπερηφάνως ἐκχωρεῖν τῆς ὁδοῦ προσέταττεν« (sc. τῷ Οἰδίποδι), si vidisset versum (39):

»καί νιν κελεύει Λαΐου τροχηλάτης«?

Atque ut minora omittam, afferam modo hoc: Diodorus primo dicit »(Λάϊος) ἐξέθηκε τὸ βρέφος« tum: »οἱ δ' οἰκέται (nimirum Lai) λαβόντες τὸ παιδίον ἐκθεῖναι μὲν οὐκ ἠθέλησαν, ἐδωρήσαντο δέ τῇ Πολύβου γυναικί.« Non potuit ita narrationem confundere, si ante oculos habuisset versus:

(Λάιος) »λειμῶν' ἐς Ἥρας καὶ Κιθαιρῶνος λέπας
(25) δίδωσι βουκόλοισιν ἐκθεῖναι βρέφος,
(27) Πολύβου δέ νιν λαβόντες ἱπποβουκόλοι
φέρουσ' ἐς οἴκους εἴς τε δεσποίνης χέρας
ἔθηκαν.«

Denique compares hos Diodori locos cum Apollodoro et Euripide, ut concedas, historicum cum bibliothecae auctore ad verbum paene consentire, Euripidem autem aliis verbis esse usum.

| | | |
|---|---|---|
| (69) τὼ δ' εἰς φόβον πεσόντε... | Diodor. 65. 1: | bibl. p. 92 l. 25: |
| (71) ξυμβάντ' ἔταξαν, τὸν νεώτερον πάρος<br>φεύγειν ἑκόντα τήνδε Πολυνείκην χθόνα,<br>Ἐτεοκλέα δὲ σκῆπτρ' ἔχειν μέροντα γῆς<br>ἐνιαυτὸν ἀλλάσσοντ'. ἐπεὶ δ' ἐπὶ ζυγοῖς | ... τοὺς δὲ νεανίσκους παραλαβόντας τὴν ἀρχὴν ὁμολογίας θέσθαι πρὸς ἀλλήλους παρ' ἐνιαυτὸν ἄρχειν.<br>πρεσβυτέρου δ' ὄντος Ἐτεοκλέους, τοῦτον | Ἐτεοκλῆς δὲ καὶ Πολυνείκης περὶ τῆς βασιλείας συντίθενται πρὸς ἀλλήλους, καὶ αὐτοῖς δοκεῖ τὸν ἕτερον παρ' ἐνιαυτὸν ἄρχειν.<br>p. 93 l. 1: τινὲς δὲ πρῶτον Ἐτοκλέα ἄρ- |

[105]) Cf. Sophoclis O. R. 805.

| Eurip. Phoeniss. | Diodor. 65. 1: | bibl. p. 93 l. 1: |
|---|---|---|
| *καθέζετ' ἀρχῆς, σὺ μεθίοταται θρόνων,*<br>*φυγάδα δ' ἀπωθεῖ τῆσδε Πολυνείκην χθονός.* | *πρῶτον ἄρξαι, καὶ διελθόντος τοῦ χρόνου μὴ βούλεσθαι παραδιδόναι τὴν βασιλείαν.* | *ξαντα μὴ βούλεσθαι παραδοῦναι τὴν βασιλείαν.* |

Itaque non temere mihi videor negare, Diodorum etiam Oedipodis fabulam ex eodem compendio Apollodoro propinquo hausisse, cui belli Thebani narrationem multaque alia debet. Necesse autem est accipiamus, illius auctorem Euripidis vestigia presse esse secutum, quamquam Eduardus Schwartz affirmat, cogitari non posse, doctum grammaticum primo a. Chr. n. saeculo Euripidis versus in pedestrem sermonem convertisse.

Similiter res se habet in Hippolyti fabula a Diodoro c. 62 tradita. Nam sicut in Oedipodis rebus narrandis Phoenissarum versuum aperta vestigia leguntur, Euripideae Hippolyti versus 24—32 in Diodori verbis c. 62 § 2 nemo nequit agnoscere. Attamen manifestum est, Diodorum non ipsum ex Hippolyto coronifero raram illam Veneris templi, quod *ἐφ' Ἱππολύτῳ* audit, mentionem desumpsisse, cum in fabula enarranda valde ab Euripidis illius tragoediae argumento abhorreat[106]).

Quae cum ita sint, nos recte conclusisse confido, Diodorum ad librum IV componendum praeter Dionysium, Timaeum, Matridem paucis modo demptis libro quodam fabulari Apollodoro imprimis propinquo usum fabulas Graecas atque heroum genera descripsisse.

Iam vero nobis agendum est de adnotationibus, quas Diodorus de Argonautarum fabulis Dionysi epitomae inseruit et quas cum

[106]) Eadem res est in schol. λ 321. Attulit locos in scholis Udalr. de Wilamowitz, qui defenderet Hippolyti illos versus. Diodori locum et scholium λ 321 iuxta Euripidis versus Max. Wellmann, qui recte quomodo res se haberet cognovit (de Istro) p. 85 sq. sub textu descripsit. Ceterum etiam apud Pausaniam I. 22. 2, qui se Trozeniorum fabulam referre affirmat, vestigium Eurip. Hipp. versuum elucet. Nam quod dicit: »*χρόνῳ δὲ ὕστερον Πάλλας καὶ οἱ παῖδες ἐπανέστησαν Θησεῖ. τούτους κτείνας ἐς Τροζῆνα ἔρχεται καθαρσίων ἕνεκα*« aperte ex Hipp. v. 34 sqq. ortum est:

»*ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα,*
*μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν,*
*καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα.*«

scholiis Apollonianis, Apollodoro, Hygino consentire vidimus. Demonstrandum enim nobis est, primum Apollodori et Hygini Argonautica ex eodem fonte manasse, unde Diodorus illas adnotationes sumpsit, tum vero quaerendum est, quae ratio intercedat inter scholia Apolloniana atque Diodorum, Apollodorum, Hyginum, denique confirmandum est, Diodorum ea, quae de Argonautis Dionysi commentis adspersit, ex eodem compendio fabularis historiae hausisse, quo saepissime eum ad fabulas graecas narrandas usum esse statuimus.

Ut autem ad primum accedamus, unde Apollodori et Hygini Argonautica petita sint, constare videtur inter viros doctos, postquam Carolus Robert et Eduardus Schwartz data opera de hac re disseruerunt. Sed quoniam cum viris illis sagacibus consentire non possum iterum nos eandem rem tractemus necesse est.

Apollodori, qui dicitur, narrationem de Argonautarum expeditione esse eam, quam Apollonius Rhodius carmine suo praeiverat, eos autem bibliothecae locos, qui ab Apollonio distarent, maxima ex parte in scholiis Apolloni reperiri, iam Carolus Robert[107]) ostendit; itaque conclusit p. 82 et caute quidem: »Apollodorum aut ipsum Sophoclis commentarium aut alium librum nescio quem cognovisse, cuius auctor Sophoclis scrinia compilaverit«. Audacius vero Eduardus Schwartz affirmat p. 16, »quoniam vel ex neglegentia atque incuria non eum fuisse bibliothecae auctorem adpareat, qui praeter Apolloni Argonautica commentariis instructa etiam alios, ut fabulas colligeret, scriptores perquireret, quaecumque ab eo de Argonautarum expeditione memoriae tradantur neque ab Apolloni carmine pendeant, ad Argonauticorum commentarium pertinere atque eum quidem, quo etiam scholiasta codicis Laurentiani usus sit.« Iam pedem sistamus et quid ex eis, quae Eduardus Schwartz ostendit, sequatur, perpendamus. Apollodorus et Hyginus, postquam Argonautas victores domum rediisse tradiderunt, Medeae facinora contra Peliam, Creusam, Theseum commissa atque eius in Asiam reditum narrant. Neque aliter rem tractavit Diodorus vel Dionysius, ex quo historicum Siculum Argonautarum fabulas »inde a Peliae

---

[107]) de Apollodori bibliotheca dissert. Berol. 1873.

mandato usque ad Medeae in Asiam reditum sumpsisse diserte Eduardus Schwartz affirmat.

Revera autem Diodori de Medea narrationem saepius cum Apollodoro et Hygino cohaerere, nemo non vidit et nos accuratius supra ostendimus. Accedit etiam Pausanias (II. 3), qui idem fere, quod Diodorus, tradit multis tamen et raris notis additis, quae a scholiis ad Pindari carminis Olympii XIII v. 74 et ad Euripidis Medeae v. 10 non alienae sunt. Quo cognito Udalricus de Wilamowitz, cum iure Eduardus Schwartz Scytobrachionem Diodori libri IV capitibus 40—56 auctorem subesse contendisse sibi persuasisset, non dubitavit omnia illa exquisitae doctrinae fabularis frustula ad unum illum Dionysium referre.[108]) Omittamus hoc loco cetera, solum de Apollodoro disseramus. Quid enim? Unde Apollodorus descripsit, quae inde ab Argonautarum expeditionis fine usque ad Medeae in Asiam reditum refert? Non enim haec pendent ab Apolloni Argonauticis, qui finem carminis fecit, cum Argonautae salvi et integri victores ad Graeciae oras adpellunt. Ergo omnia illa secundum Eduardi Schwartz sententiam ad Argonauticorum commentarium pertinent. At nihil harum rerum legitur in Apolloni scholiis, qualia nos tenemus, sane neque pauperibus neque male habitis; immo ne unius quidem vestigii species in eis indagatur, qua quisquam uti possit, ut demonstret, fuisse longam illam narrationem umquam in ullo Apolloni commentario. Atque si praeoccuputa opinione liber rem deliberaveris, spero, te mihi esse concessurum, vix credi posse, adiecisse umquam Apolloni interpretem doctam et amplam commentationem de facinoribus, quae Medea in Peliam, Creusam, suos ipsius liberos, Theseum, Persem patruum commisit. Itaque cadit coniectura, quam Eduardus Schwartz de Apolloni scholiis bibliothecae fonte proposuit, neque audiendus est, qui ea, quae de Argonautis in bibliotheca, non autem in scholiis Apollonianis leguntur, illis adicienda esse pronuntiavit ab eo, qui commentarium ad Rhodium restituere studeret.

Accedit, quod nemo qui solam Apollodori de Argonautarum expeditione narrationem legit, intellegere nequit, bibliothecae auctorem Apolloni carmen ante oculos non habuisse. Nam Apollo-

[108]) v. Exkurse zu Euripides Medea: Hermes XV p. 485 n. 2.

dorus non modo Apolloni nomen, cum narrationem Iasonis expeditionis incipit, non profert, sed etiam p. 31 l. 12 de Harpyiarum fuga eius auctoritatem affert, quasi ad eum omnino nihil praeter illam adnotationem pertineat. Adde haec: Duobus locis Apollonius Rhodius latet sub verbis Apollodori: »οἱ μὲν« aut »ἔνιοι«: p. 30 l. 14, 15 = Ap. Rh. IV. 1641 sq., 1669[109]). Itaque de Apollodoro Apolloni scholiis uso idem accipiamus necesse est, quod de Hygino ipse Eduardus Schwartz pronuntiavit[110]), atque statuendum est, bibliothecae auctorem Argonautica e compendio quodam descripsisse, in quo Apolloni Rhodi argumentum relatum erat additis fabularum discrepantiis atque cum illo Medeae et Medi filii fabulae erant coniunctae.

Atque si ea, quae Diodorum Dionysi epitomae aliunde adiecisse vidimus, perlustramus, adparet, eum e libro quodam illa sumpsisse, qui itidem Argonautarum expeditioni adnexuerat fabulas de Peliae morte, de Medeae facinoribus usque ad Medeae in Asiam reditum et ad Medum Asiae regem factum. Idem Diodori auctor etiam Phrixi fabulam praebuit (c. 47 § 1, 2), quam a Scytobrachione alienam cum Apollodoro consentire supra monuimus. Atque quamquam paucas modo adnotationes ex illo compendio Diodorus servavit, tamen nonnulla Apolloni vestigia in eis deprehenduntur. Nam sicut Apollonius I. 1240 sq. Diodorus narrat, Herculem in Asia ab Argonautis esse relictum; causam autem aliam atque poeta profert: Herculem ut aquam peteret, abiisse. Quare Ed. Schwartz p. 3 fabulam Hesiodeam (v. schol. Ap. Rh. I. 1178, 1281) apud Diodorum sibi investigasse videtur adnotans, nihil valere, quod Diodorus et Pindari scholiasta Pyth. IV. 303 pro Magnesia Thessaliae vulgarem fabulam secuti Mysiam reposuerint. At ne afferam, me eodem iure dicere posse, Diodorum Apollonium secutum errasse modo in eo, quod non Hercules, sed Hylas aquatum abierit, pro-

---

[109]) v. Ed. Schwartz: de Dionysio Scytobrachione p. 15 n. 2, qui quidem, quomodo hoc explicari possit, non dicit.

[110]) p. 24 de Dionys. Scytobr. dicit Eduardus Schwartz: »Hyginum non ipsum carmen Apolloni manibus trivisse, sed argumenta cum scholiis commixta compilasse, pauca quasi narrationis lumina atque ornamenta de suo ipsius ingenio admiscuisse... veri multo videtur similius.«

nuntiem solum quod constat, Diodorum in Apolloni Argonautica respicere eo quod adnotat, Herculem in Asia esse relictum, in Hesiodum eo, quod dicit, Herculem abiisse, ut aquam peteret. Etiam c. 48 § 3 Diodorus Apolloni rationem habere videtur: nam, quamquam historicus quidem draconem aurei velleris custodem a Medea venenis esse necatum, sopitum modo esse poeta (IV. 150 sqq.) narrat[111]), tamen Diodori verba, quae sequuntur: »καὶ (Μήδειαν) μετ' Ἰάσονος τὴν ἐπὶ θάλατταν κατάβασιν ποιήσασθαι«, ad Rhodium respiciunt, qui Medeam cum uno Iasone vellus rapuisse narrat (IV. 114—205). Praeterea Diodorus 41 § 3 Argo navem ab Argo, qui eam aedificaverit, nomen accepisse a nonnullis mythographis tradi dicit; Argum Minerva adiuvante navem illam fabricasse Apollonius v. 14 commemorat (cf. schol. 4). Denique Diodorus c. 56, ubi varias scriptorum sententias de Argonautarum e Ponto reditu perlustrat, § 7 fortasse contra Apollonium pugnat[112]), quippe qui Argonautas per Istrum flumen e Ponto in mare Adriaticum navigasse finxerit (284, 592 sqq). Quae cum ita se habeant, mihi quidem veri videtur simile, Diodorum lacinias, quas Dionysi epitomae adsuit, ex eodem libro sumpsisse, quo aut ipso aut ab aliis excerpto fortasse etiam commutato Apollodorus et Hyginus ad fabulas de Argonautis et Medea componendas usi sunt. Itaque iam ante Diodori aetatem mythographum, qui Argonautica narraret, Apolloni carminis argumentum exarasse atque suis locis fabularum discrepantias adnotasse accipiendum est.

Attamen nondum refutata est sententia, quam Carolus Robert et Eduardus Schwartz promulgaverunt, doctrinae frustula, quae in bibliotheca Apolloni argumento adiecta sunt, sumpta esse e scholiis Apollonianis. Res autem gravis est, cum hinc profecti viri docti eo devenerint, ut scholia a mythographis excerpta esse statuerent; itaque iterum eam pertractari haud supervacaneum ratus fusius

---

[111]) cf. schol. 156, quod adnotat, secundum Pherecydem draconem ab Iasone interfectum esse. — Itaque cogitari potest aut Diodorum Apolloni et Pherecydis fabulas miscuisse, aut neglegenter solam Apolloni fabulam retulisse.

[112]) Otto Sieroka l. l. p. 9 propter ultimi § 8 enuntiati orationem obliquam censet, Diodorum aliunde deprompsisse causam, qua Apolloni fabulam refutat. Sed pluribus exemplis supra evicimus, sola oratione obliqua nihil demonstrari in Diodori fontibus quaerendis.

fortasse, quam hoc loco aptum videatur, disseram. Aggrediar autem potissimum Eduardum Schwartz, quippe qui uberius et accuratius sententiam exposuerit.

Postquam enim sibi persuasit (p. 4), paene omnia scholia ad Apollonium (p. 11 et 31 sq.), nonnulla ad Pindari carm. Pyth. IV et ad Euripidis Medeam descripta esse e Dionysio Scytobrachione, p. 30 inquirens, quis tantam hanc doctrinae molem ex illius libro de Argonauticis in Rhodi poetae commentarios transduxerit, ex eo, quod in schol. Ap. Rh. I. 1039 a Sophocle grammatico Deilochus quidam affertur, quo Scytobrachionem usum esse traditur quidem nusquam, sed ex concentu schol. Ap. Rh. I. 1039 et Pindari Pyth. IV. 337 adparere putat, conclusit, Sophoclem illum, quem inter Apolloni scholiastas subscriptio nominat, Dionysi copias in commentarium transscripsisse. Quod si verum esset — nam demonstrasse id Eduardum Schwartz nemo putet — auctor, qui Argonauticarum fabularum varietates docte collegit, illis scholiis uti non potuit: hunc enim primo a. Chr. n. saeculo vixisse demonstravimus, ille autem Sophocles, cum contra Irenaeum, qui post Caesium Bassum et ante Soranum Ephesium vixit, pugnet, non ante initium alterius fere p. Chr. n. saeculi fuit[113]). Neque sententia illorum virorum doctorum servatur, si a Theone, antiquissimo trium Apolloni scholiastarum, qui in subscriptione nominantur, illa doctrina commentario adiecta est, quippe qui sub Augusto fuerit[114]). Sin autem revera Theonem hoc fecisse demonstratur, corruere

---

[113]) Irenaei mentionem fecit Soranus Ephesius, qui teste Suida Trajano et Hadriano imperatoribus Romae docuit, in libro, quem scripsit *περὶ Ἐτυμολογιῶν τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου*: v. Orion. Theb. lex. s. v. *ψύη* coll. Etym. Magn. et Meletio p. 92. 11 in Crameri anecd. Oxon. III. Vide Paulum Voigt: de Sorano Ephesio, diss. Gryphisw. 1882. Discipulus autem erat Irenaeus seu Pacatus Suida teste Heliodori metrici, qui post Caesium Bassum vixit. V. Henr. Keil: quaestiones grammaticae Lipsiae 1860 et Mauritium Haupt: opusc. III p. 434 sqq. Warnkross, quo tempore fere Sophocles vixerit, invenit: v. thesin 2 post suam dissert. de paroemiographis Gryph. 1881. Udalricus de Wilamowitz in scholis nobiscum argumentationem communicavit.

[114]) cf. Giese: de Theone grammatico p. 38 sqq. diss. inaug. Münster 1867. Iam Maximilianus Warnkross l. l. thes. 1 pronuntiavit, a Theone et in Apolloni commentarium transcriptas compilatas esse fabularis doctrinae copias, quas quidem Eduardum Schwartz secutus Scytobrachioni adscribit.

Caroli Robert et Eduardi Schwartz sententiam adparet. Atque demonstrare etiamsi non possum, tamen simile quidem veri reddere conabor. Reperiuntur autem ea, quae Theonis sunt, comparandis Apolloni scholiis cum scholiis ad Theocritum, Lycophronem, Nicandrum, cum quattuor illos scriptores a Theone commentariis instructos esse tradatur. Quod iniuria negavit Eduardus Schwartz (p. 30 sq.) neque recte conclusit, cum multo breviora essent et exiliora illa, quam Apolloniana et ad nimis diversa genera pertinerent, Theocriti scholiastas ex Sophoclis copiis hausisse. Nam ad hanc paupertatem invidia temporum scribarumque neglegentia redacta sunt, neque omnino cogitari potest potissimum propter generum illam diversitatem Theocriti interpretem Apolloni commentarios inspexisse, ut fabulas velut de Prometheo (schol. Theocrit. id III. 76 = schol. Ap. Rh. II. 1248) aut de Endymione (schol. Theocrit. id III. 49 = schol. Ap. Rh. IV. 57) cognosceret. Itaque rectissime hanc rationem Theonis commentarios inveniendi adhibendam esse censeo [115]). Inde autem elucet, Theonem ad Apolloni carmen adscripsisse haec pretiosa scholia: de Endymione (schol. Ap. Rh. IV. 57 = schol. Theocrit. III. 49), de Prometheo (schol. Ap. Rh. II. 1248 = schol. Theocrit. III. 76), de Melampode (schol. Ap. Rh. I. 121 = schol. Theocrit. III. 43), de Mantone Tiresiae filia (schol. Nicandr. Ther. 958 = schol. Nic. Alex. 11 = schol. Ap. Rh. I. 308) [116]). Quas fabulas ad Argonautarum expeditionem pertinentes Theo ad Apolloni versus adnotaverit, propterea ad enucleandum difficillimum est, quia illas fabulas Theocritus et Nicander vix strinxerunt et vetera Lycophronis scholia quondam sine dubio ditissima miserrime concisa sint. Tamen vestigia non desunt: velut de Hyla Theo disseruit ad Ap. Rh. I. 1236 (= schol. Theocrit. id. XIII. 46) et I. 131 (cf. schol. Theocrit. id. XIII. 7) ac fortasse de Cytaeo oppido Colchidis ad Ap. Rh. II. 399 (cf. Lycophron 172, 1312 cum scholl.). Quamquam igitur certe parvam modo Apolloni scholiorum partem Theoni tribuere licet, tamen manifestum est, eum multas

[115]) Udalricus de Wilamowitz eadem ratione Theonis copias investigandi utitur: v. ex. gr. Isyllos von Epidauros p. 177 n. 33, Antigonus von Carystus p. 70.

[116]) Fortasse a Theone adscripta sunt etiam scholium Ap. Rh. IV. 814, cf. Lycophr. 174, et schol. de Achille in Elysiis campis Medeae marito, schol. Ap. Rh. I. 916 confer cum Lycophr. 73 et 219 cum schol. de Samothraca.

fabularum varietates collectas in commentario ad Rhodium poetam edidisse ita, ut dissimile quidem veri non videatur, eum multa talia attulisse et praecipue ea scholia modo et ratione illis simillima, quibus variae de Argonautis fabulae docte explicantur.

Ut autem ab alia parte commendem meam sententiam, Theonis temporibus demum magnam fabularis doctrinae molem in Apolloni scholia pervenisse, monuerim, cogitari non posse, nedum demonstrari, eam ante annum 50 a. Chr. n. in illis commentariis fuisse. Quid enim faciunt ad poetae versus explicandos ingentes illae enumerationes variarum fabularum et multorum nominum, quid ad artem intelligendam, quid ad fontes cognoscendos? Omnino nihil, quamquam libenter concedo, saepius inter magnum numerum adscriptarum fabularum etiam eam inveniri, quam secutus est Apollonius. Sed ut eruerentur poetae fontes, permagnam illam turbam neque adnotatam esse neque collectam eo evincitur, quod is, qui revera poetae fontes ipse quaesivit, nihil nisi ipsum illum fontem adpinxit, missis nimirum eis scriptoribus, quibus poeta non usus est: Asclepiades Myrleanus (v. schol. Ap. Rh. I. 623). Quem cum circa annum 65 Romae docuisse constet[117]), sequitur, eo tempore, quo ille Diodori Apollodori Hygini fons de Argonauticis conscriptus esse censendus est, nondum fuisse morem, magnas fabularis eruditionis copias, quae lectorem ad poetam melius intelligendum prorsus nihil adiuvant, in commentariis accumulare, sed ea modo ab interpretibus esse adnotata, quae revera lucem versibus afferunt; quod solum dignum est philologis.

Quoniam igitur demonstravimus, primum de Argonautis adnotationes, quas Diodorus Scytobrachionis epitomae adiecit, ex eodem fonte manasse, unde Argonautarum fabulae in bibliothecam et Hygini genealogias pervenerunt, tum illius fontis auctorem Diodoro antiquiorem e scholiis Apollonianis haurire non potuisse, iamiam restat, ut evincamus, historicum Siculum, qui Argonautarum mythos cognosceret, alium librum non adiisse, atque mythographicum illum, cui heroum stemmata et plurimas libri IV fabulas debet. Ac nescio, an quisquam de hac re non dubitet. Neque enim eadem indicia, quibus ducti ceteras illas Diodori fabulas uni fonti addixi-

---

[117]) v. Suidas. s. v.

mus, desunt in Argonauticis. Nam veras antiquas fabulas, non posteriorum commenta, haud sine discrepantiis Diodori de Argonautis adnotationes praebent, sicut ex. gr. Herculis parergorum narratio. Praeterea Diodori fontem mythographicum Apollodoro et Hygino propinquum esse intelleximus: ergo, cum ea, quae Diodorus de Phrixi fuga, Iasonis expeditione, Medeae facinoribus breviter commemoravit, artissimo vinculo cum Apollodoro et Hygino coniuncta sint, veri est simillimum, etiam Argonauticorum Diodori ea, quae significavimus, ad eundem illum mythographicum historici fontem pertinere.

Quae cum ita sint, iam fere cognoscitur, quale fuerit compendium illud fabulare, cuius rivulos in Diodoro, Apollodoro, Hygino, aliis mythographis per scholia dispersis deteximus.

Ac primum quaerimus, quo tempore exaratum sit. Terminum, ante quem scriptum est, certe indicat Diodorus. Qui cum post Caesaris mortem *βιβλιοθήκην ἱστορικήν* condere coeperit neque finem ante annum 21 fecerit[118]), ante annum 44 librum illum ortum esse concluditur. Terminum autem, post quem editum est, adhuc alium investigare nequeo atque Dionysi Scytobrachionis aetatem, qui fere circa annum 100 vixisse videtur[119]). Eius enim in illo compendio inter alios mentionem esse factam, colligo inde, quod et in bibliotheca p. 29 l. 28 (= Hyg. fab. 14 p. 49, l. 5 M. Schmidt = schol. Ap. Rh. I. 1289) commemoratur et latet sub verbo: »ἔνιοι« apud Diodorum 47 § 5 (= schol. Ap. Rh. I. 256) in Argonauticis, quae composuit e Dionysi epitoma et laciniis fontis sui mythographici.

Tum nostra interest cognoscere, quas fabulas illud compendium primi a. Chr. n. saeculi complexum sit. Atque ex eis, quae Diodorus ei debet, videmus, id tradidisse Herculis eiusque filiorum, Thesei, Ixionis, Aesculapi, Pelopis, Tantali, Niobae, Daedali (77

---

[118]) v. Diodor. I. 4. 7 et XVI. 7. cf. Mommsen: römische Forschungen II p. 267 n. 61 et p. 549 n. Itaque non nimis mentitus esse Diodorus videtur, qui I c. 4. 1 per triginta se annos operam in historia universali scribenda navasse affirmat.

[119]) Solam ansam praebet Sueton. de grammaticis VII, qui quidem non temere credidit, M. Antonium Gniphonem, C. Iuli Caesaris pueri magistrum Scytobrachionis discipulum fuisse, »cum temporum ratio vix congruat.«

§ 7—9) facinora; stirpes explicasse Tectami Cretensis (60 § 2 sqq.), Aeoli (67 § 2), Asopi (72), Teucri Trojani (75), Cadmi (2); narravisse fabulas de Oedipode, de septem ducum contra Thebas expeditione, de Epigonorum victoria (64—66), de Argonautis et Medea. Itaque si ex his laciniis suspicari licet, quantum totius libri fuerit argumentum, non temere mihi videor conicere, totam Graecorum historiam fabularem in eo fuisse congestam.

Ingentem autem materiem sic disposuit auctor, ut generum stemmata construeret atque unius cuiusque herois aut heroidis facinora et fata breviter narraret, eodem igitur modo, quo Apollodorus historiam fabularem composuit. Non autem compendii illius auctor neglexisse videtur discrepantias, quae de his rebus inter scriptores erant, adnotare. Diodorus quidem illas doctrinae copias contempsit — adnotavit modo, secundum Minoem, Lycasti filium, ab aliis Iovis filium dici — sed in Apollodori Teucri Trojani progeniei stemmate, quod prorsus cum Diodoro consentire supra ostendimus, p. 111 l. 2 legitur: (*Λαομέδων*) »*γαμεῖ Στρυμὼ τὴν Σκαμάνδρου, κατὰ δέ τινας Πλακίαν τὴν Ὀρσέως, κατ' ἐνίους δὲ Λευκίππην.*«

Quam rationem compendii auctor in fabulis narrandis secutus sit, ex Argonauticis et Thebanis fabulis intelligitur. Nam qui illa referret, Apolloni carminis argumentum descripsit et Euripidis Phoenissarum prologum paene ad verbum excussit, qui Oedipodis sortem breviter complecteretur. Adparet igitur, mythographum illum e variis cuiusvis fabulae formis eam elegisse, quam inter aequales notissimam esse scivit. Quae sententia probatur eo, quod apud Diodorum Hippolyti Coroniferi prologi nonnullos versus in c. 62 § 2 cognovimus, atque Sophoclis Trachiniarum argumentum Herculis mortis narrationi (38) subesse videtur. Additae autem erant brevi narrationi fabularum discrepantiae. Quod iam cognoscitur e Diodori paupere et neglegente compendii epitoma. Nam saepius diserte adnotat, alios scriptores aliter fabulam rettulisse, velut in fabulis de Argonautis, Medea, Hesperidum malis, Meleagri morte, Thesei ad inferos descensu, Centauris etc, aut varias eiusdem fabulae formas conglutinat velut c. 28 de Hippolyto. Ac Diodorus, cum veram heroum historiam, ergo unam scribere sibi proposuisset, variarum fabularum multas certe abiecit. Atque vix invenitur in bibliotheca, cuius non paucae partes Diodori fonti fabulari pro-

pinquae sunt, aut in Hygino aut in scholiis, quae mythos illustrant, ulla fabula, quae non sit aut additis discrepantiis ornata aut contaminata ex variis fabulae formis.

Iam vero exsistit quaestio, utrum illius compendii auctor, qui fere inter annum 100 et 50 a. Chr. n. scripsit, ipse et poetas et mythographos veteres excerpserit, an modo congesserit in unum librum, quae alii antea collegerant. Atque vertor contra Carolum Robert, qui excursu VI libri, quem inscripsit: »Bild und Lied«, docte et sagaciter de hypothesibus egit. Ait enim (p. 242 sqq.): »auch andere, der Dichtung fremde Zusätze pflegen die Hypotheseis zu haben; so, um von der Angabe abweichender Versionen in andern Dichtungen zu schweigen, namentlich eine mehr oder minder ausführliche Erzählung der Ereignisse, welche vor dem Zeitpunkt, mit dem das Stück beginnt, fallen und die Voraussetzung desselben bilden; natürlich ist man bei Abfassung derselben darauf bedacht, sie möglichst vollständig aus den im Stücke selbst über die Vorgeschichte gegebenen Andeutungen zusammenzustellen; allein nicht immer gelingt es, auf diesem Wege über jeden einzelnen Punkt Aufklärung zu erhalten, und gerade in solchem Falle ist eine ausführliche Darlegung der Vorgeschichte doppelt im Interesse des Lesers. Die Aufgabe ist nun, der Sagenversion, die der Dichter als die seinem Publikum vertraute und bekannte voraussetzte, möglichst nahe zu kommen und sich vor allem nicht in Widerspruch mit dem Stücke selbst zu setzen. Die so entstandene Erzählung wird aber in der mythographischen Litteratur, ebensogut wie die hinzugefügten Namen, dem Dichter selbst auf Rechnung gesetzt und unter seinem Namen citiert. Ein lehrreiches Beispiel dafür bieten die Scholien zur Ilias Ξ. 325.« At demonstrandum est, quo tempore tales *ὑποθέσεις*, quales dicit vir ille doctissimus, compositae sint. Eae autem *ὑποθέσεις*, quas Aristophanes Byzantius suis fabularum editionibus praescripsit, nihil omnium eorum, quae Carolus Robert vult, exhibent. Sed ad ipsum exemplum illud accedamus, quo vir doctus sententiam suam comprobari censet: schol. Ξ. 325 AD = bibl. III. 4, 3. Scholium enim, quod subscribitur: »*ἡ ἱστορία παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Βάκχαις*«, nihil praebet, quod in illa fabula Euripidea inveniatur; cum autem Apollodorus, quem verbo tenus cum illo scholio consentire Eduardus Schwartz observavit, paucis post

frustulum proferat, quod revera ex Euripidis Bacchis petitum est (bibl. p. 86 l. 7—10 = Eurip. Bacch. v. 26—31), Carolus Robert conclusit, et scholiastam et mythographum hausisse ex hypothesi Euripideae fabulae. At fortunae gratia! Diodorus bis (IV. 2 = III. 64) eandem de Semela et Baccho fabulam ex eodem, unde Apollodorus, ergo etiam scholiasta ille compendio fabulari descripsit (v. supra p. 58 sq.), sed neutro loco Euripidis Baccharum vestigii species invenitur. Itaque cum Diodorus antiquissimus testis sit, necessario sequitur, auctorem illius compendii Euripideae Baccharum *ὑπόθεσιν* non descripsisse, qui de Iovis in Semelam amore et de Bacchi ortu referret; neque sane miramur, cum tragoedia de illis fabulis paene nihil praebeat, quod mythographico libro aptum videri potuit, ut ipse Carolus Robert p. 245 explicat.

Itaque censeo, auctorem compendii historiae fabularis, de quo disserimus, non *ὑποθέσεις* descripsisse, sed ipsa carmina excerpsisse, neque mihi videtur veri esse dissimile, tales *ὑποθέσεις*, quales Carolus Robert dicit, partim quidem e compendiis mythologicis depromptas esse.

Compendii auctorem Alexandrinorum, qui audiunt, poetarum thesauros non contempsisse iam probatum est eo quod Apolloni Argonautica ab illo excussa esse adparuit. Nuper Callimachi frustula apud Apollodorum et in Argonauticis et in Busiridis fabulis feliciter Georgius Knaack detexit: vide eius Callimachea, p. 3 et 8, progr. gymn. Stettin. 1887.

Accuratius vero, quomodo mythographus ille, cuius librum Diodorus manibus trivit, rem instituerit, quot et quas fabularis doctrinae copias cumulaverit, tum demum cognoscetur, cum singulis quaestionibus diligenter perfectis rivuli, qui ex hoc fonte fluxerunt, investigati erint. Ut autem hic labor fructum ferat, quam antiquissimi scriptores quaerendi sunt, qui propinquitatis vinculo cum illo fabularis historiae compendio cohaerent. Qua de causa pauperes epitomae Diodori atque breves Iliacarum, quae vocantur, tabularum inscriptiones magni sunt pretii. Atque praeterea unum mihi videor reperisse poetam, qui eodem aut propinquissimo quidem fonte usus est, quo Diodorus: Ovidium. Sed alio loco de eo mihi erit latius disserendum atque disputatione ab hac parte instituta me Ovidi

metamorphoseon fontes paullo accuratius distincturum atque quaestionem de fabulari historia paullo promoturum esse spero.

Summi vero momenti est quaestio, utrum Theo, qui, ut mihi videtur, non parvam partem fabularis doctrinae commentariis Apolloni et Theocriti adiecit, ex compendio, de quo disserimus tot fabularum discrepantias sumpserit, an et Theo et compendii illius auctor idem opus excusserint, quod peculiari disputatione Argonauticas fabulas adumbravit, sicut Lysimachus *νόστους* et *Θηβαικὰ παράδοξα* composuit, libros exquisita doctrina refertos aut Ister Callimachius *Ἀττίδων συναγωγήν* compilavit. Quaerere possum, diudicare aut coniecturam modo probabilem proferre nequeo.

Non pauca autem eiusdem compendii, quod Diodorus excussit, vestigia iamiam apud Apollodorum, Hyginum, Pausaniam, scholiastas indicavimus.

Sed noli putare, me eundem librum, quem Siculus ante oculos habuit, ipsum illos posterioris aetatis auctores manibus trivisse censere. Nimis enim multa velut in bibliotheca et Hygini fabulis leguntur, quae neque apud Diodorum reperiuntur neque umquam in illo compendio fuisse potest demonstrari. Praeterea iterum certe iterumque innumerabilia enchiridia mythologica in usum discipulorum, poetarum, rhetorum sunt fabricata atque recentissima semper antiquiora, e quibus partim certe fluxerant, ex usu hominum expulerunt. Mythographi Vaticani, qui audiunt, atque Hygini fabulae, quales nunc tenemus, collatae cum fragmento Niebuhriano et cum versione graeca, qua Dositheus magister usus est, praeclara praebent exempla. E rerum autem natura est, homines, qui enchiridia confecerunt, non contempsisse fabularis doctrinae copias aut bellas fabulas, quae se aliunde obtulerunt. Ex. gr. Apollodorus, qui dicitur, III. 10. 3 § 9 ex veri Apollodori Atheniensis libro *περὶ θεῶν* hausit[120]). Ad Hygini fabulas non pauca ex Hygini de astronomia libris, multa ex Ovidi metamorphosesin, nonnulla e Vergili Aeneide, alia aliunde addita sunt[121]).

Itaque statuendum est, etiam in iis libris mythologicis, in qui-

---

[120]) cf. Mützel: quaestiones mythographae.

[121]) Vide, quod Mauritius Schmidt ante suam Hygini editionem p. XXIX—XXXVII exposuit.

bus non pauci loci cum Diodori historia fabulari cohaerent, multa e multis aliis fontibus esse prompta aut ab ipsis auctoribus aut iam ab eis, quorum libros descripserunt, atque mihi persuasum habeo, saepissime praecipue in bibliotheca et in Hygini fabulis multorum fontium frustula ita esse confusa et contaminata, ut omnino non possint distingui. Hoc vero contenderim, eos locos, quos cum Diodori fabulari historia propinquitatis vinculis coniuncta esse adparet, omnes esse fragmenta eiusdem uniusque compendii mythologici atque illius, quod fere inter annum 100 et 45 a. Chr. n. compositum esse vidimus. Cum autem eius fragmenta et vestigia inde ab Augusti aetate apud permultos scriptores reperiantur, quorum paucos modo strinximus, manifestum est, illum librum summi fuisse momenti atque nos soli eius auctori non parvae fabularum partis notitiam debere. Quae cum ita sint, necessarium mihi videtur, restituere quantum fieri potest, hoc compendium fabularis historiae, quod fortasse antiquissimum, certe auctoritate gravissimum erat.

# VITA AUCTORIS

Natus sum Justus Adolfus Ericus Bethe Stettini a. 1863 die secundo Mai m. patre Eduardo med. dr. a sanitatis consiliis regiis, matre Maria e gente Gerstäcker, quos adhuc in vivis esse gaudeo. Fidei adscriptus sum evangelicae.

Rudimentis litterarum imbutus inde ab auctumno a. 1871 gymnasium municipale patriae urbis frequentavi, quod tum Francisco Kern rectore florebat. Postquam vere a. 1882 Hugonis Lemcke auspiciis maturitatis examen sustinui, ut philologicis studiis operam darem, Bonnam migravi. Tum a. 1882—83 Gryphiae stipendia merui. Ut denique studiis diligentius incumberem, Gottingam aequa Minerva Octobri m. a. 1883 me contuli.

Per decies sex menses docuerunt me viri illustrissimi: Buecheler, Kékulé, Klein, Schaefer, Usener, Bonnenses; Kiessling, de Wilamowitz-Möllendorff Gryphiswaldenses; Baumann, Dilthey, Sauppe, Volquardsen, Wieseler, de Wilamowitz-Möllendorff Gottingenses. Ut in seminarium philologicum reciperer eiusque essem per tria semestria sodalis ordinarius, per unum senior, Hermanni Sauppe et Udalrici de Wilamowitz eximia erga me benevolentia factum est. Exercitationibus historicis et philologicis me admiserunt Augustus Volquardsen et Udalricus de Wilamowitz.

Quibus viris omnibus iustas ac debitas refero gratias, imprimis vero Hermanno Sauppe et Udalrico de Wilamowitz-Möllendorff, viris doctissimis humanissimisque, pium gratumque animum semper servabo, qui summa liberalitate et benigna clementia studia mea adiuvabant, peccata ignoscebant, litterarum amorem incitabant seduloque colebant.

# I. INDEX CAPITUM


I. De Dionysio Scytobrachione . . . . . p. 5—24
II. De Diodori fabulis Bacchicis . . . . . p. 25—32
III. De Timaeo et Matride . . . . . p. 33—44
IV. De fabulis Diodori libri IV quae restant . . . . . p. 45—79
V. De compendio fabularis historiae Diodoro antiquiore . . . . . p. 80—99


---

# II. INDEX RERUM ET AUCTORUM


Acastus . . . . . p. 21
Aeetes . . . . . p. 13 sq.
Aegeus = Augeas . . . . . p. 53
Aelian. frg. 207 (Hercher) . . . p. 78
n. h. III. 39 . . . . . n. 89
v. h. IV. 5 . . . . . p. 69
v. h. X. 18 . . . . . n. 46
Aeoli progenies . . . . . p. 68, 78
Aeschylus . . . . . p. 41
Aesculapius . . . . . p. 53
Agroetas . . . . . p. 76; n. 28, 33
Alcaeus = Hercules . . . . . p. 41
Alcidamas: Ulixes § 14 sqq. . . p. 73
Alcman . . . . . p. 60
Aleadae Sophoclis . . . . . p. 73
Alexandrini poetae in Compendio allati . . . . . p. 97
Althaea . . . . . p. 61
Amazones . . . . . p. 27
— in Attica . . . . . p. 79
Amyntor, rex Ormenii. . . . . n. 94
Antiochus Syracusanus . . . p. 39 sq.
Antio Ixionis pater . . . . . p. 54
Apollodorus Atheniensis: *περὶ θεῶν* p. 98
[Apollodori] bibliotheca (Hercher):
p. 18 l. 2 — p. 19 l. 10 . . p. 61
p. 21 l. 3—5 . . . . . p. 22
p. 22 l. 13—16 . . . . . n. 63
p. 23, 24 . . . . . p. 57
p. 27 l. 7 . . . . . p. 15, 17
p. 27 l. 27 . . . . . p. 17
p. 29 l. 28 . . . . . p. 11, 94
p. 30 l. 14 . . . . . p. 17
p. 35 l. 26 . . . . . p. 16
p. 36 l. 21—23 . . . . . p. 18
p. 36 l. 26 . . . . . p. 19
p. 37 l. 1 . . . . . p. 20
p. 37 l. 4 sqq. . . . . p. 20
p. 53 l. 10 sqq. . . . . p. 39
p. 54 l. 28 . . . . . p. 44
p. 55 l. 25 . . . . . p. 44
p. 58 l. 12 . . . . . p. 54
p. 60 l. 19 sqq. . . . . p. 15
p. 64 l. 6 . . . . . n. 55
p. 64 l. 9 . . . . . p. 76
p. 64 l. 24 . . . . . p. 78
p. 65 l. 1, 18 . . . . . p. 78
p. 66 l. 3 sqq. . . . . p. 77


Digitized by Google

[Apollodori] bibliotheca (Hercher):
p. 66 l. 8, 15 . . . . . p. 76
p. 66 l. 28 . . . . . p. 65
p. 67 l. 15—25 . . . . . p. 69
p. 68 l. 20 . . . . . p. 69
p. 69 l. 4 sqq. . . . . p. 70
p. 70 l. 6. . . . . p. 72
p. 70 l. 12 . . . . . p. 54
p. 71 l. 1 . . . . . n. 89
p. 71 l. 25 sqq. . . . . p. 73
p. 73 l. 27 . . . . . n. 94
p. 76 l. 6 sqq., l. 25 . . . p. 62
p. 80 l. 9—12 . . . . . p. 58, 63
p. 81 l. 21—25 . . . . . p. 63
p. 84 l. 23 — p. 86 . . . . p. 58
p. 86 . . . . . p. 96
p. 90 l. 9 sqq. . . . . p. 47
p. 92 l. 25 . . . . . p. 85
p. 93 l. 1 sqq. . . . p. 57, 66, 86
p. 97 l. 22 sqq. . . . . p. 67
p. 102 l. 15—22. . . . . p. 73
p. 105 l. 5 . . . . . p. 98
p. 105 l. 22 sqq. . . . . p. 53
p. 106 l. 6—12 . . . . . p. 53
p. 107 l. 19—24. . . . . p. 65
p. 109 l. 17. . . . . p. 41
p. 111 l. 2 . . . . . p. 95
p. 113 l. 5 sqq. . . . . p. 52 sq.
p. 124 l. 10—15. . . . . p. 63
bibliothecae epitoma Vaticana . . . . . p. 62, 64, n. 74
Apollonius Rhodius . . . . . p. 89, 97
Apolloni Rh. commentarium . . . p. 91
Argo navis . . . . . p. 17
Argonautae . . . . . p. 11—23
Ariadna . . . . . p. 63 sq.
Aristaeus . . . . . p. 40 sq., 43
[Aristoteles]: mir. auscult. c. 102 . p. 35
Aristoteles: *Σαμοθράκων πολιτεία* p. 29
Arna . . . . . p. 68
Artemo Casandreus . . . . . p. 10 sq.
Asclepiades Myrleanus . . . . . p. 93
Asopi progenies . . . . . p. 52
Athenaeus: p. 44 D . . . . . p. 42
Athenaeus:
p. 411 A . . . . . n. 91
p. 515 D, E . . . . . p. 10
Atlantides . . . . . p. 78
Atlantiorum fabulae . . . . p. 27 sqq.
Auga . . . . . p. 73
Augeas . . . . . p. 53, 72

**B**acchi partus . . . . . p. 58—60
Bacchi duo, tres . . . . . p. 31
*Βασίλεια ἡ μεγάλη μήτηρ* . . . . p. 29
Boeoti genus. . . . . p. 68

**C**admi progenies . . . . . p. 58
Centauri . . . . . p. 53 sq.
Circe . . . . . p. 13, 22
C. I. L. X. 2 p. 746—750 . . . n. 46
Clemens Alexandrinus: protrept. p. 27. p. 60
Cocalus . . . . . p. 39 sq.
Creta, antea Idaea nominata . . . p. 28
Crius (*Κριός*), Phrixi paedagogus . . . . . p. 13, 15, 23
Compendium mythologicum inter 100 et 45 a Chr. n. scriptum p. 94 sqq.
Curtius IV. 32 . . . . . n. 4
Cyathus . . . . . n. 91
Cychreus . . . . . p. 53

**D**aedalus . . . . . p. 64
Daphnea Sibylla . . . . . n. 80
Daphnus . . . . . p. 34 sq.
Deianira. . . . . p. 61
Deianirae et Herculis filii . . . . n. 93
Deilochus . . . . . p. 91
Diodori ratio fabulas tractandi . p. 80 sq.
Diodorus:
I. 19. 2 . . . . . n. 33
III. 53—55 . . . . . p. 27—29
56—61 . . . . . p. 27 sqq.
60 . . . . . p. 78
61. 3 . . . . . p. 29
63 . . . . . p. 31
64. 3—5 . p. 31 sq., 58—60, 97
66. 5, 6 . . . . . p. 7—9

Digitized by Google

Diodorus:
III. 67. 3, 4 . . . . p. 25 sq., 30
68—71 . . . . . p. 27
70 sqq. . . . . p. 28 sq.
74 . . . . . p. 30
IV. 2 = III. 64. 3 sqq. . . p. 31 sq. p. 58—60, 97
4. . . . . p. 31
9—16. . . . . p. 41—44
11. 3 . . . . . p. 44
17—25 . . . . . p. 33—39
18. 4 . . . . . p. 41
25. 2—4 . . . . . p. 26
26. 1. . . . . p. 65
26. 2, 3 . . . . . p. 76 sq.
27 . . . . . p. 77
29, 30 . . . . . p. 39, 69
31—39 . . . . . p. 69—79
32. 4, 5 = IV. 49. 3, 6 . p. 71
34, 35 . . . . . p. 61, 73 sq.
37 . . . . . n. 93
40—56 . . . . . p. 11—23
45. 4 . . . p. 13, 14, 20, 22
46. 5 . . . . . p. 41
49. 3, 6 . . . . . p. 71
57, 58 . . . . . p. 62
59—62 . . . . . p. 62 sqq.
62 . . . . . p. 86
62, 63 . . . . . p. 65
65 . . . . . p. 66, 85
66 . . . . . p. 67
67. 2—7 . . . . . p. 68
68 . . . . . p. 57
69. 5 . . . . . p. 54—56
69, 70 . . . . . p. 53 sqq.
71 . . . . . p. 53
72 . . . . . p. 52 sq.
73 . . . . . p. 47 sq.
74 . . . . . p. 47
75 . . . . . p. 46
76, 77 . . . . . p. 64
80 . . . . . p. 40
81, 82 . . . . . p. 41
83—85 . . . . . p. 34

Diodorus:
IV. 85 . . . . . p. 41
V. 3. 4. 4. 2 . . . . . p. 34
7. 6 . . . . . p. 68
15 . . . . . p. 39
25—32 . . . . . p. 37
47 . . . . . p. 29
60. 4 . . . . . p. 62
64 . . . . . p. 29
VI. frg. 7. 4 . . . . . p. 57
XII. 71. 2 . . . . . p. 39
XVII. 51 . . . . . n. 4
52 . . . . . n. 5
Dionysius Scytobrachio non doctus grammaticus . p. 10 sqq., 30
*Διονύσου καὶ Ἀθηνᾶς στρατιά* . . . . p. 28 sq.
a Compendii auctore adhibitus . . . . . p. 94
»historiam« scribit . . . n. 27
Dorieus . . . . . p. 36

*Ἐγκώμια καταλογάδην* certe post 86 a Chr. n. in ludos graecos recepta . . . . . p. 42, n. 54
Eioneus . . . . . p. 54
Elis ab Hercule capta. . . . . p. 72
Enchiridia mythologica . . . p. 98 sq.
*Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική* 1884, p. 124 sqq. . . . . p. 42
[Eratosthenis] cataster. II. . . . . p. 40
Eryx . . . . . p. 34 sqq.
Eunomus . . . . . n. 91
Euripides:
Bacchae, prolg. . . . . p. 96 sqq.
— v. 337 sqq. . . . . p. 40
frg. p. 163 . . . . . n. 25
Hercules, v. 359 sqq. . . . p. 43
— v. 362 . . . . . p. 44
Hippolytus, prolg. . . . p. 65, 86
— v. 34 sqq. . . n. 106
Medea, v. 9 . . . . . n. 26
— v. 297 . . . . . n. 22
— v. 1154. . . . . n. 21

Digitized by Google

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 03450 7072



Euripides:
Medea, v. 1387 . . . . . p. 16
Phoenissae, prolg. . . . p. 83 sqq.
Eurytidae . . . . . n. 95
Eurytus . . . . . p. 69

Farnesiana tabula p. 38, 42, 70, 71, 73; n. 84, 90, 92, 101

Gigantomachia in Phlegraeis campis commissa . . . . . p. 34

Hecata . . . . . p. 13, 20
Hecataeus Teius . . . . . p. 32
Helena a Theseo et Pirithoo rapta p. 65
Hellanicus . . . . . p. 81 sq.
Heraclidae. . . . . p. 62
Heraclitus: *περὶ ἀπίστων*, 4 . . p. 78
20 . . n. 99
Hercules = Alcaeus . . . . . p. 41
Argonautarum dux p. 11, 12
Herculis laborum ordo . . p. 43, n. 55
parerga . . . . . p. 72—75
et Deianirae filii . . . . n. 93
Herodotus: V. 43, 46 . . . . . p. 36
Hesiodus: frg. 97 Rzach . . . . p. 61
frg. 134 . . . . . n. 94
theogonia, 337 . . . . n. 64
Hesiona . . . . . p. 70 sq.
Hesperides. . . . . p. 76 sq.
Hippolytus. . . . . p. 65, 86
Homerus a Diodoro saepe laudatus p. 41
*E.* 638—642 . . . . . p. 71
*I.* 553—599 . . . . . p. 61
*Ξ.* 200 sq. . . . . p. 29
Hyginus: astron. . . . . p. 98
fabulae . . . . . p. 98
3 . . . . . n. 27
9 . . . . . p. 47
14 . . . . . p. 94
19 . . . . . n. 19
24 . . . . . n. 26
25 . . . . . n. 21
26 . . . . . p. 20

Hyginus fabulae:
27 . . . . . p. 21
30 . . . . . p. 43, 44, 76
31 . . . . . p. 72, n. 85
32 . . . . . n. 93
33 . . . . . p. 56, 72, n. 85
37, 38 . . . . . p. 62
39 . . . . . n. 89
40 . . . . . p. 64
42 . . . . . p. 63
43 . . . . . p. 63
61 . . . . . p. 57
62 . . . . . p. 54 sq.
68, 69 . . . . . p. 66
70 . . . . . p. 57
78 . . . . . p. 65
82 . . . . . p. 47
84 . . . . . p. 48
89 . . . . . n. 16
162 . . . . . n. 93
167 . . . . . p. 31, n. 38
171—174. . . . . p. 61
178, 179. . . . . p. 58
Hyginus frg. Niebuhrianum . . . p. 98

Iaso . . . . . p. 12 sqq.
Idaea . . . . . p. 28
Iliacae tabulae . . . . . p. 97
Iola . . . . . p. 69
Iphitus . . . . . p. 69
Irenaeus sive Pacatus . . p. 91, n. 113
Ister Callimachius . . . . . p. 81
Ixio . . . . . p. 54

Laomedo . . . . . p. 70 sq.
Lapitha . . . . . p. 53
Lini discipuli. . . . . p. 25 sq.
[Longinus]: *περὶ ὕψους* III. 2 . p. 42
Lycomedes . . . . . p. 65
Lycophro: Alexandra, v. 694 sqq. . p. 39
Lysimachus . . . . . p. 98

*Μάντιος* = *Μαντώ* . . . . . p. 57
Matris . . . . . p. 41 sqq.

Digitized by Google

Medea . . . . . p. 12—23
Medeae et Iasonis filii a Corinthiis sepulti . . . . . p. 19
Medus . . . . . p. 20
Melampus . . . . . p. 56, n. 67
Melampodis matris varia nomina . n. 67
Meleagrus . . . . . p. 61
Mimas . . . . . p. 68
Molionidae . . . . . p. 72
Mythographi Vaticani . . . . . p. 99
*μυθογράφοι* quos vocat Diodorus n. 27

Neophro: Medea . . . . . p. 16
Nioba . . . . . p. 47
Nysa insula . . . . . p. 29

Oeneus . . . . . p. 61
Oenomaus . . . . . p. 47 sq.
Omphala . . . . . p. 69
Orio . . . . . p. 34
Orpheus . . . . . p. 9, 25
Ovidius: metamorph. . . . . p. 97, 98

Pacatus sive Irenaeus . . . . . n. 113
Palaephatus: *περὶ ἀπίστων*, 19 . n. 99
Pausanias:
I. 22. 2 . . . . . n. 106
22. 5 . . . . . p. 63, 81
II. 3 . . . . . p. 88
3. 6 . . . . . p. 19
3. 8 . . . . . p. 20
5. 1 . . . . . n. 63
III. 16. 4, 5 . . . . . p. 35
IV. 34. 9 . . . . . n. 92
V. 1. 11 . . . . . p. 54
VII. 4. 5, 6 . . . . . p. 64
VIII. 5. 1 . . . . . p. 62
IX. 11. 4 . . . . . p. 64
38. 7 . . . . . p. 37 sq.
Peleus . . . . . p. 53
Peliadae . . . . . p. 16
Pelias . . . . . p. 14, 24
Pelops . . . . . p. 47 sq.
Periboea Olenia . . . . . p. 61
Persus . . . . . p. 20
Pherecydes . . . . . p. 53, 57
Phinidae . . . . . p. 19
Phlegyas . . . . . p. 54
Phrixus . . . . . p. 13, 15, 23
Pindarus: O. VII. 24 . . . . . n. 94
P. IX. 64 . . . . . p. 40
Pirithous apud inferos . . . . . p. 65
Plinius: n. h. VII. 209 . . . . . n. 77
Plutarchus: Theseus, 15, 17 . . . p. 82
31, 35 . . . p. 65
Polybius XII. 3 . . . . . p. 38 sq.
Polymeda . . . . . p. 15, 16; n. 17
Probus ad Verg. Georg. I. 14 . . p. 40

Salmoneus . . . . . p. 56 sq.
Scamandri progenies . . . . . p. 46
Schol. Apollon. Rhod.:
I. 4 . . . . . p. 17
121 . . . . . p. 92; n. 67
172 . . . . . p. 54
256 . p. 13, 22, 23, 94; n. 29
308 . . . . . p. 92
623 . . . . . p. 93
752 . . . . . p. 48, 52
916 . . . . . n. 116
917 . . . . . n. 35
1289 . . . . p. 11, 12, 94
II. 178 . . . . . p. 17
207 . . . . . p. 14
399 . . . . . p. 92
1114 . . . . . p. 13
1248 . . . . . p. 92; n. 32
III. 62 . . . . . p. 54—62
200 . . . p. 13, 14, 20, 22
242 . . . . . p. 13
IV. 57 . . . . . p. 12
814 . . . . . n. 116
1396 . . . . . p. 76 sq.
Schol. Eurip. Hippol. 742 . . . . p. 78
Orest. 990. 6 . . . n. 61
Phoeniss. 44, 50, 1506 p. 84
1185 . . . p. 54
Schol. Homer. A. 180 . . . . . n. 63



Digitized by Google

Schol. Homer. A. 263 . . . . . p. 56
266 . . . . . p. 53
268 . . . p. 54—56
B. 104 . . . . . p. 48
494 . . . . . p. 68
Γ. 40 . . . . . p. 10
E. 392 . . . . . p. 69
Θ. 368 . . . . . n. 55
I. 534 . . . . . n. 71
548 . . . . . p. 61
M. 128 . . . . . p. 53
N. 663 . . . . . p. 57
Ξ. 325 . . . p. 58, 96
Π. 14 . . . . . p. 53
κ. 2 . . . . . p. 68
λ. 321 . . . . n. 106
ρ. 202 . . . . . p. 52
φ. 22 . . . . . p. 69
Schol. Lycophr. 38 . . . . . n. 93
73, 174, 219 . n. 116
172 . . . . . p. 92
175 . . . . . p. 53
1312 . . . . . p. 42
Schol. Nicand. Alex. 11 . . . . . p. 92
Theri. 958 . . . . p. 92
Schol. Plato. Menon. p. 367 . . . n. 78
Schol. Pind. I. IV. 104 . . . . . n. 93
O. I. 104 . . . . . p. 48
O. XI. 46 . . . . . p. 61
O. XIII. 74 . . . . p. 88
148 . . . p. 52
P. II. 39 . . . . . p. 56
Schol. Sophocl. Trach. 266 . . . n. 95
Schol. Theocrit. id. III. 43. p. 57, 92; n. 67
49, 76 . . p. 92
Schol. Theocrit. id. XIII. 7 . . . . p. 92
Semela . . . . . p. 58—60
Servius: ad Verg. Aen. I. 570 . . p. 35
Georg. III. 7 . p. 48
Sophocles: Aleadae . . . . . p. 73
Trachiniae, v. 1090 sqq. p. 43
Soranus Ephesius . . . . p. 91; n. 113
Suetonius: de grammaticis, 7 . n. 119
Suidas: s. v. Διονύσιος . . . . . p. 28
Syleus . . . . . p. 69

Telamo . . . . . p. 53
Telephus . . . . . p. 73
Theo . . . . . p. 91, 92, 93, 94, 97
Thebanae fabulae . . . . p. 65 sqq.
Theseus . . . . . p. 62, 65
Theseus ad Minotaurum ductus . . p. 82
Thespiadae . . . . . p. 34, 39, 69
Thymoetas . . . . . p. 9, 25, 30
ἐν τῇ Φρυγίᾳ ὀνομαζομένῃ ποιήσει . p. 9, 25
Timaeus . . . . . p. 33 sqq., 68, 69
Tlepolemus . . . . . p. 62
Troja ab Hercule capta . . . . . p. 70
Tydeus . . . . . p. 61
Tzetza: Chiliades, I. 539 . p. 64; n. 78
ad Lycophr. 156. p. 47 sqq.; n. 61

Varro Atacinus . . . . . p. 46
Vergilius: Aen. VI. 617 . . . . p. 65

Xanthus: Lydiaca . . . . . p. 10, 11

Zenobius: IV. 92 . . . . . p. 64
V. 336 . . . . p. 56; n. 66

Altenburgi. Typis officinae aulicae Piererianae (St. Geibel et Soc.).

Digitized by Google